

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
VIII**

**DOCUMENTA POLONICA
EX ARCHIVO GENERALI HISPANIAE
IN SIMANCAS**

I PARS

edidit

VALERIANUS MEYSZTOWICZ



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 6 3

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-VIII. Roma, 1954-1963.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
VIII**

**DOCUMENTA POLONICA
EX ARCHIVO GENERALI HISPANIAE
IN SIMANCAS**

I PARS

edidit

VALERIANUS MEYSZTOWICZ



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 6 3

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
MEMORIAE
CAROLI DE BRZESIE
LANCKOROŃSKI
DICATAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

EDITIONEM CURAVERUNT:
CAROLINA LANCKOROŃSKA
WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS

INDEX RERUM

Introductio	Pag.	VII
Descriptio fasciculorum		
« Negociaciones de Polonia »	»	1
Documenta polonica e serie		
« Negociaciones de Alemania »	»	11
Tabulae		
Index nominum priorum	»	201
Index chronologicus	»	209
Index tabularum	»	211

INTRODUCTIO

« *Res gestae Christianitatis sine Archivo Septimancensi cognosci vix possunt* » - sunt verba a doctissimo Magistro nostro prolata. Idem dicendum est de rebus gestis Europae.

Polonica ex Archivo Septimancensi investigatoribus rerum actarum Poloniae ostendere volentes, mare magnum documentorum, quae in hoc Archivo continentur, aggredi non possumus nisi ordinate, i.e. secundum divisiones quas in hoc optimo et perfecte ordinato Archivo iam factas invenimus. Maximi momenti pro studiosis erunt descriptiones generales Archivi, quae ab a. 1726 ab archivistis factae sunt. Ultima generalis descriptio Archivi Septimancensis aparuit a. 1962, conscripta a domino Angel de la Plaza Borès, (Guia del Investigador, pp. XXVII, 288, tab. 30). Inveniet in hoc opere lector utilissimam et pulcherrimam Archivi historiam; inveniet prae aliis accurate compositam descriptionem fundorum quibus Archivum constat, serierum in quas fundi dividuntur, fasciculorum et voluminum, cum numeris et datis chronologicis. Immensum studium auctor in hoc opere componendo posuit. Liber studiosis est utilissimus. Ex descriptione quae in libro invenitur, clare apparet quae sint series in quibus documenta ad Poloniam spectantia vix inveniri possint; facile distinguuntur illae series in quibus polonica adsunt.

In quattuor diversis seriebus res Poloniae in primis quaerendae sunt:

1. « *Negociaciones* » de Polonia ». (Sección 6-a. Secretaria de Estado. Serie LXIV. Legajos 6580-6597. Años 1729-1792).

Inveniuntur hic scripta ad tempora Augusti II, Stanislai Leszczyński, Augusti III et Stanislai Augusti regum Poloniae spectantia. Sat scitur Hispania vix aliquam partem habuisse in maioribus Poloniae negotiis saeculi XVIII. Exiguus est proinde totius huius seriei valor historicus, nisi forte pro illis studiosis, qui speciali modo res etiam minores investigant. Statuimus ergo de hac serie nonnisi brevissimam relationem facere, quae inferius, sub inscriptione Descriptio fasciculorum « *Negociaciones de Polonia* » E. 6580-6597 invenitur.

2. « *Negociaciones de Alemania* » (Sección 6-a. Secretaria de Estado. Serie XII. Legajos 635-712, 2323-2510, 6392-6542, 3418-3954. Años 1510-1796).

In immensa huius seriei mole multa inveniuntur ad Poloniam spectantia. Magnus est illorum scriptorum valor: ostendunt enim, inter alia, unitatem Christianitatis, cuius limes a Columnis Herculeis usque ad mare Balticum extendebatur. In praesenti parte prima, documenta polonica ex fasciculis (« *legajos* ») « *Estado 635-667* » (anni 1514-1572) typis imprimere curavimus. In parte secunda, proxime typis tradenda, inveniet lector documenta polonica quae in fasciculis (« *legajos* ») « *Estado 668-678* » (anni

1572-1576) *servantur*; *tertia pars*, « Estado 679-696 » (anni 1576-1589) *iam est in preparatione*. Adest brevis catalogus fasciculorum huius seriei: Paz, Julian: Catalogo II Secretaria de Estado. Wien 1912 p. 14-49.

3. « Negociaciones de Roma ». (Sección 6-a, *Secretaria de Estado*, Serie XVI. Legajos 847-1002, 1855-1874, 2994-3091 (sic!), 4751-5138. Años 1381-1808.

Haec series multa ad Poloniam spectantia continet, quae adhuc investiganda manent.

4. « Patronato Real ». (Sección 1-a Serie I-XXX. Legajos 1-68. Años varios. 834...-11086...-1791).

Series « Patronato Real » omnium serierum Archivi Septimancensis est antiquissima; continet enim aliqua scripta plusquam millenaria. Catalogum proprium habet: Archivo General de Simancas, Catálogo V, Patronato Real, 835-1851 vol. I et II. Valladolid, 1946-1949. Investigationem rerum polonicarum huius seriei incepimus, moti praesertim animadversionibus, quas fecit nobis praeclarae memoriae nostri Instituti amicus Fridericus Chabod. Relatio de hac investigatione nondum est ad finem deducta.

*Nullum est dubium etiam in aliis huius Archivi seriebus documenta res polonicas illustrantia, et forsitan etiam maximi valoris, adhuc ignota manere. Principiis in nostra introductione ad primum volumen nostrorum « Elementorum ad fontium editiones » expositis obstantes, investigationes nostras secundum archivi ordinem instauramus ita, ut saltem aliquae archivi partes ex toto explorata dici possint. Omittimus investigationes de praecedentibus editionibus, ubi aliqua documenta a nobis impressa iam edita sunt; editiones enim polonicae vix in Hispania inveniuntur, nec facile Polonis est editiones hispanicas reperire. Textus nudi hic producuntur, prout in actis apparent, nonnisi inscriptionibus seu regestis et brevissimo commentario lectionis aucti; commentaria historica ac geographica de proposito omissa sunt, quia illa veris studiosis nunquam sufficere valent, et quia eorum utilitas exigua impar est illi maximo labori, quem ab editoribus expostulant; saepe etiam editiones necessariae commentariorum causa ad tempora indefinita remittuntur. Ita, historiae cultoribus provinciam eorum relinquentes, opus mere archivisticum, ad maiorem eorundem utilitatem facimus *).*

Nonnisi polonicae res hic praesentantur. Accidit tamen, ut in aliquibus documentis a nobis inventis, res ad Poloniam spectantes parvam longioris scripti partem occupant; hoc in registris adnotavimus verbis: « de diversis rebus, inter alia » (vel breviter « de d.r., i. a. »). In eisdem casibus non integrum textum documenti, sed solummodo excerpta ad res polonicas spectantia praesentamus; partes vero omissas, ut mos est, punctis (.....) indicamus. V.N.N.: 59, 60, 62, 63, 64, 66, 71, 75, 77, 78, 79, 84.

Investigationes rerum polonicarum in Archivo Generali Septimancensi cl. mus Prof. Doctor Philippus Ruiz Martin instituit, qui optima de rebus polonicis scripsit studia; ea praesertim in documentis huius Archivi fundantur, et ad s. XVI referuntur. Multa documenta huius temporis cl. Philippus Ruiz Martin congregavit, quae fundamentum constituunt operis nostri, praesertim vero secundae eius partis. Collectionem D. Ruiz Martin complere studuimus, ita, ut secundum regulam pro nostris editionibus acceptam, omnia acta ad Poloniam spectantia seriei Estado Leg. 635-678 in primis nostris duobus voluminibus inveniuntur.

Clarissimus Ruiz Martin interea ad cathedram Historiae Oeconomicae in Atheneo Flaviobrigensi vocatus, maioribus intentus, otiis deficientibus, ad finem hoc opus suum adducere non potuit. Ei tamen clarissimo studiorum nostrorum in Septimanca initiatori, Institutum Historicum Polonicum Romae quam optimas et vere meritatas gratias agit.

Maximae debentur quoque gratiae Domino Riccardo Maddaleno Redondo, Directori Archivi, Dominis Angel de la Plaza Borés, Concepción Alvarez Terán, Adelae González, Rosaliae Velasco aliis Archivistis Septimancensibus, pro docto, utili, optimo adiutorio in opere nostro explendo.

Exc-mo Comiti Josepho Potocki, Poloniae in Hispania Oratori, gratias ex corde dicimus pro eius in opere nostro benevolo studio et iuvamine.

VALERIANUS MEYSZTOWICZ

*) Archivum Septimancense studiosis polonis non erat omnino ignotum. Aliqua fascicula seriei « Estado » consultavit initio huius saeculi A. Szelągowski. Recenter brevem, ac proinde non sat methodicam investigationem Archivi instituit A. Wyczański, qui

varia documenta e diversis seriebus in brevi nota indicavit (Kwartalnik historyczny LXIX, 3, 1962, p. 433(1)-439(7); corrigenda sunt nomina: de Montagudo, Men-teagudo, Montacutius - (non « Montagua »); Fejardo, v. Fajardo - (non Fazardo); etc.

Descriptio fasciculorum
« NEGOCIACIONES DE POLONIA »
« Estado » Leg. 6580-6597
(saec. XVIII)

NOTA PRAELIMINARIS

Duodeviginti hic sunt fascicula ^{a)}, quae sub sigla « Estado », (vel breviter: E.) veniunt, sub numeribus ab E. 6581 ad E. 6587, inclusive.

Fascicula haec scripta continent, quae a Secretariatu Status Regni Hispaniae, Madriti, colligebantur sub auspiciis subsequentium Status Secretariorum (Riccardo Wall, Marqués de Grimaldi, Conde de Florida-blanca).

Supponi potest seriem « Negociaciones de Polonia » ortam esse circa a. 1746. Non habet tamen haec series veram continuitatem. Prima volumina, « 6580, 6581, 6582 », sat inordinata scripta habent, quarum antiquiora ad a. 1700, postrema vero ad a. 1792 attingunt.

A fasciculo E. 6582, series nostra aliquam uniformitatem accipit: apparet sub specie collectionis relationum quas legati regis Hispaniae, Poloniam missi, ad Secretarium Status scribebant. Fasciculus E. 6583 continet relationes Ducis de Calabrito, oratoris regis Hispaniae coram rege Poloniae, Varsaviae residentis; fasc. E. 6584 similes relationes comitis de Aranda. In eodem fasciculo incipiunt relationes Josephi de Onis, qui Varsaviae Secretarius legationis Hispaniae fuit, post recessum comitis de Aranda negotia sibi commissa habuit, et (uti « chargé d'affaires ») ad Secretarium Status Hispaniae de rebus Poloniae referebat. Relationes Josephi de Onis maximam partem totius seriei nostrae occupant (12 fascicula, ab anno 1763 usque ad annum 1782 inclusive).

Fere per 20 annos Joseph de Onis quasi unaquaeque hebdomada de rebus polonicis scribebat relationem. Inaequalis est harum relationum valor. Usque ad annum 1765 de Onis Varsaviae manebat et uti predecessores (Calabrito, Aranda) immediate res polonicas observabat; relationes eius, hoc tempore scriptae, maiorem habent valorem, quam illae quas ab anno 1765 de rebus polonicis scribebat extra Poloniam residens: primum, breviter, Pragae, deinde Dresnae.

Etsi non multum confert Onis, testis ex auditu, ad res Poloniae elucidandas, dolendum est collectionem epistolarum eius non esse plenam: desunt — nec scire potuimus ubinam sint vel quando perierunt — relationes annorum 1770-1773, 1777, 1781.

Decimus octavus et ultimus huius seriei fasciculus componitur maxima ex parte litteris, quas novus, et personaliter Varsaviae residens minister Regis Hispaniae, Petrus Normande, ad comitem de Floridablanca mittebat.

Brevissimum repertorium singulorum 18 voluminum huius seriei ad usum eorum, qui de rebus saeculo XVIII in Polonia actis, investigare cupiunt, hic damus; hic primus conatus hanc seriem describendi videtur.

a) WYCZAŃSKI A., op. cit. numerat « 17 » Legatos huius seriei, quod corrigendum est.

N. 1 (P) E. Leg. 6580.

Inscriptio in folio interno:

Polonia, Expediente sobre todo lo que ocurrio en la satisfaccion de los subsidios del Rey de Polonia.

Folia non numerata, circa 300.

A. 1746.

Scripta hic servata spectant ad negotium de tractatu inito a regibus Hispaniae et Galliae cum rege Poloniae de neutralitate ab eo servanda, deque « subsidii » ei solvendis. Inveniuntur scripta Augusti III regis Poloniae; comitis de Brühl; comitis de Laos, ministri regis Poloniae in Gallia; comitis Colowratt, ministri regis Poloniae in Hispania; comitis de Bena, et marchionis de Villaras, ministrorum regis Hispaniae in Polonia, etc.

N. 2 (P) E. Leg. 6581.

Inscriptio in folio interno:

Hasta 1760. Credeniales del Conde de Bolza y Colowratt y la delagacion de Mr. Saul.

Folia non numerata, circa 300.

Anni 1720-1760; sed adsunt aliqua folia 1700-1720, et aliqua posteriora (1780-1792).

Negotia de electione Stanislai Leszczyński et Augusti III, de prospectata electione Augusti III in imperatorem, multaue negotia privata, etc.

Continent scripta Stanislai Leszczyński, Augusti III, Stanislai Augusti, regum Poloniae; comitis de Brühl, et /Joachim/ Chreptowicz, ministrorum regni Poloniae, comitis J. B. de Bolza, comitis Josephi de Colowratt, comitis Thadei Morski, legatorum et ministrorum regis Poloniae, Madriti; Francisci Xaverii Zbyszewski, qui regis « chargé d'affaires » ibidem erat, Josephi de Onis; etc.

Sigilla adsunt regum supradictorum; sigillum « Pieczęć Władzy Wykonawczej » Poloniae; etc.

N. 3 (P) E. Leg. 6582.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1762. Varsovia. Correspondencia con el Duque de Calabritto Ministro de Napoles en Dresde.

Folia non numerata, circa 350.

A. 1762.

Continetur hic praesertim sat ordinata series relationum, quas hoc anno, dux de Calabritto, minister regis Hispaniae, e Varsavia mittebat Madritum in manus Ministri Wall; tractatur de omnibus rebus Poloniae et propin quarum nationum, i. a. de successione in ducatu Curlandiae, feudo Poloniae; de titulo Imperatricis omnium Russiarum a Catharina II sibi vindicato

de insurrectione aliquorum nobilium moscovitarum contra eandem Catharinam; de comitiis Poloniae h. a. (diarium); etc.

Scripta sunt praesertim ducis de Calabritto, quibus ille adiunxit exemplaria scriptorum Augusti III, Catharinae II, ducum Curlandiae, nobilium polonorum (Biliński, Wodzicki, Mniszech, Wessel, Wielhorski, aliorumque multorum) etc.

N. 4 (P) E. Leg. 6583.

Inscriptio in folio interno:

Años de 1760 a 1762 y 1763; Polonia.

F. hos de la correspond.a con el Conde de Aranda y Don Joseph de Onís. Estan sus despachos.

Folia, (numero aparenter plusquam 600) non numerata. Anni 1760-1763 incl.

Refertur ad omnia negotia Poloniae. Continet praesertim relationes quas ad Ricardum Wall scripserunt comes de Aranda, legatus regis Hispaniae ad regem et rempublicam Poloniae et eiusdem legationis secretarius, Joseph de Onís. Est apparenter plena harum relationem collectio pro his annis.

Adsunt scripta Augusti III (autograph) Bruhl, (idem); exemplaria Benedicti XIV S. P., Ludovici regis Galliae, Hermanni Keyserlingk, aliorumque.

Adsunt diaria comitiorum Varsaviae anni 1760 et 1761, hispanice conscripta. Adsunt etiam folia typis impressa, inter quibus notatu digna videntur aliqua folia Gazette de Varsovie, Senateurs... 3. VIII. 1760 (elenchus) Tableau de la Diète, Etat general de la République; Tableaux chronologiques (I et II), etc.

Notatur sigillum Augusti III, cum stemmatibus Poloniae et Saxoniae.

N. 5 (P) E. Leg. 6584.

a) *Inscriptio in folio interno:*

Año 1763. Polonia. Varias cartas de ceremonias remitidas unas por el Marques de Revilla; y otras entregadas por el Conde de Colowratt, que son las credenciales de S. A. R. Electore de Saxonia; y otras de Mr. de Saul; y al fin están las instrucciones que se dieron al dho. Marq.s de Revilla, Ministro Plenipotenciario de S. M. cerca del Rey de Polonia.

Folia non numerata, apparenter circa 200.

A. 1763.

Agitur praesertim de negotiis post mortem Augusti III regis Poloniae ortis.

Continentur hic scripta de luctu, praesertim filiorum regis Poloniae defuncti: ducum Saxoniae: Friderici Christiani (autographa); Caroli Xaverii; Clementis (episcopi Frisingae et Ratisbonae); aliqua eorum sigillata usque hunc manent non aperta. Adsunt ulterius relationes quas Marchio de Revilla,

legatus regis Hispaniae e Dresna ad Ricardum Wall et Marchionem Grimaldi scripsit, autographa, aliquando cryptographa.

Adsunt regis Poloniae legati scripta, Comitum de Colowratt et consilarii eiusdem regis, Friderici Magni de Saul.

Adsunt scripta Archiepiscopi Primatis Poloniae Łubieński, ministri Saxoniae Fleming, ducis de Choiseul, apographa scriptorum Catharinae II et Ludovici regis Galliae, etc.

Sigilla notavimus Friderici Christiani ducis Saxoniae aliorumque; et sigillum Administrationis electoratus Saxoniae.

N. 6 (P) E. Leg. 6585.

Inscriptio in folio interno:

Años de 1763 y 1764. Polonia.

Correspondencia con Don Joseph de Onis, residente de S. M. en Dresde. Hasta fin 1764.

Folia non numerata, circa 400.

A. 1763-1764.

Continent praesertim seriem apparenter plenam relationum quas Joseph de Onis, residens in Varsavia, his annis ad Marchionem de Grimaldi et Ricardum Wall, in lingua hispanica scribebant. Adsunt scripta — praesertim apographa — Vladislai Łubieński Primatis Poloniae; J. Zaluski episcopi Kiiovienensis; Comitum Plater residentis in Curlandia; Nicolai Repnin et Keyserlingk, missorum Catharinae II; Mustaphae, Magni Visiri, aliorumque; notantur quoque typis impressae Litterae officialium Ducatus Curlandiae ad Primum Poloniae, pro duce Curlandiae Carolo; Vladislai Łubieński Primatis universale de 12.XI.1763; etc.

N. 7 (P) E. Leg. 6586.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1765. Polonia.

Correspondencia con Don Joseph de Onis, Residente en Dresde.

Folia non numerata, circa 140.

A. 1765.

Continet ordinatas relationes in lingua hispanica quas Joseph de Onis in prima parte ex Praga, sequentibus autem mensibus e Dresna ad Marchionem Grimaldi mittebat, multum de rebus Poloniae agens. Cryptogrammata partim soluta. Quibus relationibus adiunguntur aliqua exemplaria ex alienis scriptis: Catharinae II ad Rumiancow (latine), principis Kaźmierz ad Kaunitz, etc.

N. 8 (P) E. Leg. 6587.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1766. Dresde. Fechos de la correspondencia en todo este anno con Don Joseph de Onis, Residente de S. M. en Dresde.

Folia non numerata, circa 150.

A. 1766.

Continet relationes, ex parte cryptographas, quas J. de Onis, encargado de negocios de S. M. C. cerca del Elector de Saxonia e Dresna, praesertim de rebus polonicis, ad Marchionem Grimaldi scribebat. Quibus adiunguntur, ad res illustrandas, aliqua exemplaria aliorum scriptorum, uti Raphaelis Mengs, Comitibus de Aranda, regis Stanislai Augusti ad cancellarium Zamoyski, etc.

N. 9 (P) E. Leg. 6588.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1767. Polonia. Correspondencia en todo este año con D. Joseph de Onis.

A. 1767.

Continet relationes in lingua hispanica (partim cryptographa), praesertim de rebus Poloniae, quas J. de Onis ad Marchionem Grimaldi e Dresna scribebat, aliqua exemplaria aliorum scriptorum adiungens etc.

N. 10 (P) E. Leg. 6589.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1768. D. Joseph de Onis, Residente en Dresde.

Folia non numerata, circa 120.

A. 1768.

Continet relationes in lingua hispanica, ex parte cryptographas, bene ordinatas, quas J. de Onis scribebat ad Marchionem Grimaldi de Dresna, aliquando etiam de rebus polonicis, etc.

N. 11 (P) E. Leg. 6590.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1769. Polonia. Correspondencia en todo este año con Don Joseph de Onis.

Folia non numerata, circa 120.

A. 1769.

Continet relationes in lingua hispanica, ex parte cryptographas, quas J. de Onis scribebat ad Marchionem Grimaldi de Dresna, in quibus etiam voces ex Polonia inveniuntur, etc.

N. 12 (P) E. Leg. 6591.

Inscriptio in folio interno:

Año 1774. Polonia. Correspondencia en todo este año de Don Joseph de Onis. - Aquí está su nombramiento.

Folia non numerata, circa 150.

A. 1774.

Continet relationes in lingua hispanica ex parte cryptographas, quas J. de Onis scribebat ad Marchionem Grimaldi de Dresna, etiam de rebus Poloniae; adiunguntur exemplaria aliquorum actuum ex Polonia, inter quibus adsunt exemplaria litterarum Regis Stanislai Augusti, etc.

N. 13 (P) E. Leg. 6592.

Inscriptio in folio interno:

Año 1776. Polonia. Correspondencia de D. Joseph de Onis. Residente por S. Mag.d. en Dresde.

Folia non numerata, circa 150.

A. 1776.

Continet litteras quas J. de Onis scribebat ad Marchionem Grimaldi, in lingua hispanica, de Dresna; aliquae sunt cryptographae, adest lectio in claris. Adiunguntur aliquando exemplaria documentorum ex Polonia provenientium, etc.

N. 14 (P) E. Leg. 6593.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1778. Polonia. Correspondencia de D. Joseph de Onis.

Folia non numerata, circa 160.

A. 1778.

Continet epistolas quas J. de Onis ad Comitem de Floridablanca scribebat e Dresna, in lingua hispanica, (partim in cryptogr.) Referuntur pro maiori parte ad bellum in Silesia; (nominantur multi duces generales: Anhalt-Zerbst, Bennigsen, Benckendorff, etc.). De rebus polonicis paucae sunt informationes, etc.

N. 15 (P) E. Leg. 6594.

Inscriptio in folio interno:

Año de 1779. Polonia. Correspondencia con D. Joseph de Onis.

Folia non numerata, circa 120.

A. 1779.

Numerationem habent epistolae, incausto factam in angulo sinistro primae paginae cuiuscumque earum; numeratio currit in sensu inverso, a numero 51 (in summo fasciculi) usque ad 1, (in eiusdem imo).

A. 1779.

Epistolae quas J. de Onis ad Comitem de Floridablanca e Dresna hispanice scribebat. Referuntur praesertim ad res austro-prussianas, et ad bellum in Silesia, i. a. Lista de las tropas rusas que vienen al socorro del Rey de Prussia, Coro-

ne's Infanteria Patkul, Sotykow, Jelagin... Leinin... General Comandante Principe Repnin. De rebus polonicis pauca, etc.

N. 16 (P) E. Leg. 6595.

Inscriptio in folio interno.

Dresde, año 1780. Dn. Joseph de Onis.

Folia non numerata, circa 120; numerantur epistolae, sensu inverso, a 56 usque ad 1.

A. 1780.

Relationes quas J. de Onis ad Comitem de Floridablanca e Dresna mittebat. (hispanice, partim cryptograph.)

Praesertim de rebus Saxoniae, Prussiae, Austriae. De Polonia pauca; voces de peste ibi exorta; et de locustis; etc.

N. 17 (P) E. Leg. 6596.

Inscriptio in folio interno:

Dresde e Trevir. Año de 1782.

Folia non numerata, circa 250.

A. 1782.

Diversa scripta ad varios principatus Germaniae pertinentia. Maiorem partem constituunt epistolae Josephi de Onis in Comitem de Floridablanca, uti in praecedentibus fasciculis ubi aliqua polonica inveniuntur; i. a., de amentia episcopi Cracoviensis; etc.

Sigillum Friderici Wenceslai (e ducibus Saxoniae) episcopi Treviren., etc.

N. 18 (P) E. Leg. 6597.

Inscriptio in folio interno:

Año 1788 hasta 1791. Polonia. Correspondencia de Don Pedro Normande. Cartas de d. ho. sobre el reciproco nombramiento de Ministros de Madrit y Varsavia.

Folia non numerata, circa 250.

A. 1788-1791.

Epistolae ad comitem de Floridablanca, quas scripsit D. Pedro Normande e Varsavia maximam fasciculi partem occupant. Testis ocularis eventuum in Polonia, Normande scribebat de multis rebus: praesertim vero de iis, quae in Comitibus Poloniae fiebant. Adiunxit suis epistolis exemplaria multorum scriptorum i. q. notavimus ea, quae Stanislaus Malachowski et Sapieha, comitiorum praesides, scripserant; littera eiusdem Malachowski ad Marchionem Lucchesini; de Principe Poninski, qui comitiis ann. 1775 praefuit, deque sententia contra cum a tribunali lata.

Documenta polonica e serie
« NEGOCIACIONES DE ALEMANIA »
(Estado Leg. 635-667)

NOTA PRAELIMINARIS

Documenta ad Poloniam spectantia quae in serie « Estado » in Legajos 635-667 invenimus, hic inveniet lector.

Incipiunt haec documenta ab a. 1514 et usque ad a. 1572 se extendunt; referuntur ergo ad tempus quo Poloniae Sigismundus I et Sigismundus Augustus regnabant, et cessant anno mortis ultimi Jagellonorum.

Vix aliqua unitas in his scriptis quaerenda est. Sunt hic litterae regum, principum, magnatorum, multae litterae legatorum, multae quorum ignoti manent auctores; sunt originalia, minutae, exemplaria. Pertinent ad negotia status: multae de pecunia a Bona regina Poloniae mutuo data Carolo V tractant, deque feudis eiusdem reginae in Regno Neapolitano. Alia referunt de bellis a Polonis contra Moscoviam et Tartaros gestis.

Non modo latine, sed etiam in lingua gallica, hispana, itala scribebant auctores.

Maximilianus I Imperator
Basilio [III, magno duci Moscoviae]
de foedere contra regem Poloniae.

(*Lat. exempl.*)

A.G.S. Estado Leg. 635 f. 4.

Maximilianus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper augustus. Profitemur palam tenore praesentium pro nobis et nostris heredibus et notum facimus universis: Quod Nos, accedente nutu Omnipotentis Dei Domini nostri, ad laudem et honorem Matris suae dilectissimae semper Virginis Mariae, unam perpetuam dilectionem, amicitiam fraternam, confoederationem et unionem cum Serenissimo Principe Domino Basilio ^{a)}, Dei gratia Imperatore et Dominatore universorum Rhutenorum et Magno Principe Valadomerorum, Moschoviae, Neogardiae, Pleszkaviae, Tferi, Lugeriae, Porniae, Wetickee et Bologatiae, et Dominatore et Magno Principe Neogardiae inferioris et Zernigaviae, Rosani, Voleckiae, Rscirae, Bolaniae, Rostani, Jaroslaviae, Belostrinae, Udorae, Optoriae et Kondeschoni ^{b)}, et fratre nostro charissimo. Ad utriusque nostrum vitam et, post utriusque nostrum decessum (quem Deus longe avertere dignetur), inter utriusque nostrum filios et eorundem filiorum filios, decidimus, conclusimus et constituimus, ut etiam facimus ex certa scientia per praesentium tenorem, in eum qui sic sequitur modum: videlicet, si quis nostri nostrorumque filiorum et filiorum eorundem amicus existit vel futurus est, quod ^{c)} idem etiam fratris nostri Magni Domini Basilii, Principis omnium Rhutenorum et eius filiorum et eorundem filiorum amicus esse debet. Et qui nostri nostrorumque filiorum et eorundem filiorum inimicus existit ille idem etiam debet eiusdem Magni Principis Basilii et filiorum suorum ac eorundem filiorum inimicus esse; et viceversa debent quoque ipsius Magni Domini Basilii, Principis omnium Rhutenorum, et filiorum suorum ac eorundem filiorum amici et inimici nostri nostrorumque filiorum et eorundem quoque filiorum amici et inimici existere. Et ubi nostro fratri, Domino Basilio, Magno Principi omnium Rhutenorum, et suis filiis eorundemque filiis nostro nostrorumque filiorum et eorundem filiorum auxilio et assistentia contra hostes eorum opus fuerit ^{d)}, tunc debemus et volumus Nos et nostri filii et eorundem filii eis in veritate et bona fide eadem ferre et praestare; et invicem idem noster frater Dominus Basilius, Magnus Princeps, et filii sui atque eorundem filii nobis et nostris filiis eorundemque filiis pari modo etiam ferre et praestare debent. Et postquam nobis et praeno-

minato nostro fratri, Magno Domino omnium Rhutenorum, Dominus Sigismundus, Rex Poloniae et Magnus Princeps Lituaniae, ingentem facit iniuriam eo quo ille multas nostras et Sacri Imperii ac etiam Teutonici de nostra Domina Ordinis de Prussia et praefati nostri fratris, Magni Principis omnium Rhutenorum, terras, urbes, castra et bona detinet et occupat; similiter quod etiam nunc conatur ipsum praedictum nostrae intemeratae Virginis Mariae ordinem extinguere et sibi suppeditare, et eidem quoque ordini dictoque nostro fratri, Magno Principi Rhutenorum, adhuc plures terras, oppida, arces et bona auferre. Super quibus, Nos, cum praedicto nostro charissimo fratre, Magno Principe omnium Rhutenorum, univimus et colligavimus. Itaque, Nos, Maximilianus, Romanorum Imperator, una cum aliis nostris confederatis et subditis Sacri Imperii, quos Nos cum eorum auxilio ad hanc causam reducere intendimus, necnon noster charissimus frater, Magnus Princeps Basilius, imprimis curare debemus et volumus dilectissimae Dominae Nostrae Virginis Mariae Theutonici Ordinis ac nobis etiam Sacroque Imperio et nostro fratri, Magno Principi Basilio, coeterisque nobis foedere coniunctis quicquid Rex et Regnum Poloniae nobis omnibus indebite ^{c)} abstulerunt et occuparunt, vel in posterum occupare conarentur, amicabiliter et finaliter reparare. Et ita eorundem etiam violentum et grave propositum futuris temporibus avertere; ubi vero hoc benivolenter obtinere non possit, tunc nos debemus cum nostris confederatis et subditis ac etiam noster charissimus frater, Dominus Basilius, Magnus Princeps omnium Rhutenorum, cum omni utriusque nostrum potentia, personaliter vel per principes nostros et capitaneos, ad diem Divi Georgii Militis proxime venturum contra Regem Poloniae et eiusdem Regnum castra figere et cum potentia et gladio unanimiter contra eos procedere, agere et expeditionem facere ^{f)}; et neuter, absque alterius scitu et voluntate, pacem aut treugas erga eos facere aut acceptare. Neque etiam aestate vel hieme ab armis discedere aut alterum deserere, omni dolo machinationeque sinistra exclusa, donec nos omnes (ut praemissum est) iam et futuris temporibus a Rege Poloniae et Regno suo de nostris querelis, actionibus et gravaminibus satisfacti et contenti ac quieti fuerimus effecti. Et ubi Deus Omnipotens nobis omnibus suam gratiam, misericordiam et victoriam concesserit contra Regem Poloniae adeo quod Nos et nostri confederati ac etiam noster charissimus frater, Magnus Princeps Basilius, nostra oppida, arces, munitiones et bona, quae idem in praesentia vi occupat, ab ipso reassecuti simus, vel si quid in his causis secundum Dei voluntatem et non ad nostram sententiam eveniret, tunc nihilominus debemus Nos, Maximilianus, Imperator Romanorum, et noster charissimus frater, Dominus Basilius, Magnus Princeps omnium Rhutenorum, in omni eventu contra eundem Regem Poloniae ac alios etiam in eodem Regno et Principatu Lituaniae omnesque alios nostros hostes, quicumque illi futuri sint unanimis in amicitia fraterna, convinctione et foedere existere, pro utroque nostro et ad utriusque nostram vitam ^{g)}. Et post decessum nostrum etiam pro nostris utriusque filii et eorundem filiis. Et si contingat quod Nos, Imperator Maximilianus, vel filii nostri, in praefatum Regem ^{h)} Poloniae vel alios nostros hostes cum potentia nostra arma vertere velimus, tunc debemus Nos id nostro charissimo fratri Basilio, Magno Principi omnium Rhutenorum, aut, si ille non esset amplius, filiis suis eorundemque filiis, significare et intimare, ut ipsi cum viribus suis etiam invadere et perinde nostrum propositum convinctim et unanimiter perficere possimus; viceversa, debent etiam idem noster frater, Magnus Prin-

ceps, et filii sui atque eorundem filii, si quando viribus suis invadere volunt, se sic erga Nos filiosque nostros et eorundem filios gerere et exhibere. Et Nos, praenominatus Caesar Maximilianus, filii nostri ¹⁾ et filiorum filii volumus personaliter contra Regem Poloniae et alios nostros hostes proficisci, vel nostros principes, capitaneos et bellatores contra eos in eorum provincias mittere. Et hoc (ut praemissum est) nostro fratri, Magno Principi omnium Rhutenorum, filiisque suis et eorundem filiis annuntiare et significare. Consimili modo etiam debent noster charissimus frater, Magnus Princeps, filiique sui et eorundem filii personaliter proficisci, vel suos principes, capitaneos, et bellatores in Polonicas terras et contra alios hostes nostros mittere. Et hoc ipsum etiam nobis filiisque nostris et eorundem filiis notum facere et significare. Et casu quo Nos, etiam nostri filii et eorundem filii, similiter noster charissimus frater, Magnus Princeps et filii sui eorundemque filii, alterutrius partis propter locorum distantia tam celeriter et certe nuntium mittere ²⁾, vel contra Regem Poloniae vel alios hostes nostros proficisci, aut principes, capitaneos et gentes nostras cum potentia tanta celeritate mittere non possemus, alteri autem parti, quae illa fuerit, hoc intimatum et significatum fuerit, tunc debet nihilominus talis se movere et proficisci ut suos principes, et capitaneos cum viribus suis contra Regem Poloniae et Regnum eius, ac etiam alios hostes nostros, mittere. Et pari modo altera quoque pars in huiusmodi casu se tenere et exhibere debet. Debent itaque nostris et nostrorum confoederatorum, etiam fratris nostri Magni Principis, subditis, nuntiis et mercatoribus strate in omnibus nostris Imperio, Principatibus, Proviintiis et Districtibus absque omni impedimento libere esse et patere ³⁾. Et ad haec omnia vere et constanter tenenda et exequenda ac ad fidem illibatam et testimonium, Nos, praenominatus Maximilianus, Romanorum Imperator, signum Sanctae Crucis deosculati sumus et ad pleniorum fidem caesareum nostrum sigillum praesentibus appendimus, sicut etiam noster charissimus frater Basilius, Magnus Princeps omnium Rhutenorum, similiter signum Sanctae Crucis deosculatus est et se erga Nos litteris suis obligavit.

Datum in oppido nostro Gamundiae, III mensis Augusti, Anno Domini MDXII, Regnorum nostrorum XXIX, Hungaricorum vero XXV^{to}.

In dorso manu recentiori: Alemania 3 de Agosto.

Año 1514 - Liga y confederacion entre el Emperador Maximiliano y el Rey de Moscovia.

a) *In margine, manu recentiori:* Foedus inter Caesarem Maximilianum cum Mosco etiam pro filiis et descenditibus.

b) *a verbis:* Magno Principe Valadomerorum usque ad Kondeschoni — sic in ms. Aliqua nomina manifeste distorta vix recognoscuntur.

c) *in margine: manu recentiori* Amici amicorum, inimici inimicorum.

d) *idem:* Auxilliorum mutuorum promissio, ubi opus sit.

e) *idem:* Contra Polonum armis, si aliter res componi cum eo non possint

f) *idem:* Pax aut indutiae, nisi cum mutuo consensu

g) *idem:* Confecto bello polono adhuc sic duret hoc foedus

h) *idem:* Mutua denuntiatio pro auxiliis praestandis

i) *idem:* Si alter principum bello velit... (2 verba non leguntur)

j) *idem:* Mutue mittantur auxilia, non obstante locorum distantia

k) *idem:* Securitas mutua pro populis et in stratis

Cracoviae 15.III.1524.

Bona regina Poloniae

Carolo V imperatori

Ioannem Dantiscum oratorem pro rebus ducatus Barensis accreditat.

(Lat., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 635 f. 41.

Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatori ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Syciliae, Iherusalem, etc., Regi semper augusto; Archiduci Austriae; Duci Burgundiae, Brabantiae, etc.; Comiti Flandriae, Thyrolis, etc., fratri et consanguineo nostro charissimo et honorando. Bona, Dei gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lythuaniae, Russiae Prussiaeque, etc., Domina. Salutem et omnem foelicitatem.

Serenissime ac Excellentissime Princeps et Domine, frater charissime et honorande: Mittimus ad Vestram Sacram Maiestatem hunc magnificum virum Ioannem Dantiscum, secretarium ac nuncium et oratorem nostrum sincere dilectum in hiis omnibus et singulis negociis quae concernunt statum ducatus nostri Barensis, ad nos, veluti unicam heredem, ex successione nostra spectantis. Itaque rogamus Sacram Maiestatem Vestram ut hunc nuncium et oratorem nostrum benigno animo suscipiat ac generose audiat et cum clementi favore absolvat et remittat. Quemadmodum hoc a Sacra Maiestate Vestra, veluti prudentissimo ac optimo principe nostroque singulari protectore, confidenter expectamus et sic nobis persuademus quae autem idem nuncius et orator nostro nomine Maiestati Vestrae retulerit fidem illi adhibere dignetur Vestra Maiestas. Quam Deus Optimus Maximus quam diutissime conservare ac fovere dignetur sanam semper et foelicissimam.

Datum Cracoviae, XV Marcii, Anno Domini MDXXIV ^{a)}.

Eiusdem Maiestatis vestrae soror et consanguinea Bona Regina ^{b)}.

In dorso: Serenissimo et Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatori ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Syciliae, Iherusalem, etc., Regi semper augusto; Archiduci Austriae; Duci Burgundiae, Brabantiae, etc.; Comiti Flandriae, Tyrolis, etc., fratri et consanguineo nostro charissimo et honorando.

a) *abhinc manu propria Bonae.*

b) *in ms. signum peculiare quod manu propria vel etiam scripsit vel subscripsit interpretari potest. Hucusque manu propria.*

Cracoviae 11.IX.1525.

*Sigismundus rex et Bona regina Poloniae
Carolo V imperatori
rogant ut arx Barenensis eis restituatur.
(Lat. orig., ex parte laceratum).
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 42.*

Ser[enissimo ac Excellentissimo] Principi Domino Domino Carolo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniae utriusque Siciliae et Jerusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae; Duci Burgundiae, Brabantiae, etc.; Comiti Flandriae, Tirolis, etc., fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando. Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae [...] ^{a)} Prussiae, etc., dominus et heres: salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime ac Excellentissime Princeps et Domine Domine, frater et consanguineus noster charissime ac honorande. Declaravit Maiestas Vestra Caesarea satis superque [...] ^{a)} suum non vulgarem amoremque fraternum erga nos, quod Ducatum Barensem nobis restitui mandavit. Pro quo [...] ^{a)} Vestrae quam maximas possumus habemus agimusque gratias. Verum quia Arx Barenensis unde magna et pene tota vis [...] ^{a)} illius dependet nondum in potestatem nostram devenit; quo beneficium hoc Maiestatis Vestrae in nos sit solidum [...] ^{a)} rogamus illam plurimum imperare dignetur ut et Arx ipsa nobis restituatur. Nihil enim alienum optamus, duntaxat quod nobis jure competit id petimus. Alia mandavimus oratori nostro Maiestati Vestrae referenda, [...] ^{a)} identidem rogamus ut illi benignas et clementes aures prebere dignetur. Dominus Deus servet nobis et orbi christianorum Maiestatem Vestram quam diutissime incolumem et semper felicem. Cui nos et res nostras ex animo commendamus.

Datum Cracoviae, die undecima Septembris, Anno Domini MDXXV, Regni nostri decimo nono ^{b)}.

Sigismundus Rex, manu propria Bona Regina ^{c)}.

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi Domino Domino Carolo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniae, utriusque Siciliae et Jerusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae; Duci Burgundiae, Brabantiae, etc.; Comiti Flandriae, Tirolis, etc.; fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando.

Manu recentiori: Cracovia 1525. Del Rey y Reyna Bona de Polonia. Al Emperador Carlos V. Sobre la restitución de una fortaleza, ^{d)} la de Bari, del Ducado de Bari. Año 1525.

a) *Hic folium dilaceratum est.*

b) *abhinc manu propria Sigismundi et Bonae*

c) *in ms. signum (v. N. 2, nota b.) Hucusque manu propria Bonae.*

d) *hic aliqua verba vix leguntur.*

Segesvár 25.XI.1531.

*Ioannes [Zapolya] rex Hungariae
ad Status Romani Imperii
de contentione cum Ferdinando rege Romanorum iudicio regis Poloniae
et Summi Pontificis [Clementis VII] submittenda.
(Lat., orig., adest huius documenti exemplar E. 635 f. 150).
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 151.*

Joannes, Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc., Marchio Moraviae ac Lusatie, et utriusque Slesiae Dux, etc. Reverendissimis et Reverendis, Illustrissimis ac Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, Generosis et Eximiis Dominis Electoribus et aliis Principibus et Statibus utriusque ordinis Sacri Romani Imperii, amicis nostris charissimis, salutem et prosperos ad vota successus. Reverendissimi et Reverendi, Illustrissimi ac Illustres, Spectabilesque, Magnifici, Generosi et Eximii Domini, amici nostri charissimi. Etsi persepe non solum litteris sed etiam nuntiis et oratoribus nostris ad primatas personas ex vestris reverendissimis, illustrissimis et magnificis, etc., Dominationibus missis abunde declaravimus meram veritatem negotii nostri, quod cum Rege Ferdinando habuimus et habemus, immo pro hoc declarando et vestris Dominationibus manifestando, non multo post coronam regni Dei benignitate per Nos susceptam, delegeramus in publico regni nostri conventu et miseramus primarios oratores nostros ad vestras Dominationes, quorum alter nunc prima huius regni nostri dignitate fungitur et nunc Bude in sede nostra regia vices nostras sustinet, qui iter suum continuare per prefatum adversarium nostrum non fuerunt permisi; tamen nunc etiam rursus volumus hiis litteris nostris de hiis vestras reverendissimas et illustrissimas et magnificas, etc. Dominationes facere certiores, non tam adversarii nostri calumniandi, quod ipse de nobis assidue facere solet, quam veritati aperiendae gratia, idque vestris potissimum Dominationibus, cum quibus sicut ab initio desideravimus ita nunc quam vehementissime exoptamus habere bonam, firmam et fraternam amicitiam ac intelligentiam in bonum totius reipublicae christianae. Res igitur breviter et vere in hunc modum se habet: extincto in illo funestissimo bello, quod toti terrarum orbi notum esse debet, Serenissimo Rege Ludovico, divinae memoriae, predecessore nostro colendissimo, ubi et Nos fratrem nostrum germanum qui Nobis unicus erat amissimus, et regno hoc haerede et successore legitimo carente, fuimus liberis suffragiis dominorum et populorum in publico regni conventu in regem creati et coronati; et, cum adversarius noster Rex Ferdinandus eam ob causam commoveri coepisset et coelum ac maria miscere pararet, regni ius et successionem sese concernere asserens, fuimus parati, teste Serenissimo Rege Poloniae, utriusque nostrum affine et amico, ac testibus primariis eius consiliariis, in dieta Olmucensi, eiusdem Regis auctoritate indicta, vel concordare cum ipso bonis conditionibus vel ius nostrum submittere prefato Regi Poloniae

et Pontifici Romano, vel Principibus Sacri Romani Imperii et cuivis Principi christianorum, non excludendo, immo nominatim admittendo, etiam Serenissimum Carolum Imperatorem, fratrem eius germanum, parati pro quiete publica, si ita indicatum fuisset, privatam etiam rursus sortem, ex qua ad Regnum vocati fueramus, repetere; ad quod, cum ille nullo pacto induci posset, diffidens fortasse causae suae, sed ius omne in armis esse clamaret, ad arma est ventum; quibus quid tandem ille sit consecutus, licet Nos proditione magis nostrorum quam suis viribus simul et Regno tunc et patrimonio turbaverit et infinitis praeterea atque inauditis iniuriis, damnis, opprobriis calumniisque affecerit totus mundus videt; arma enim, ultore et vindice Domino Nostro Deo, quae ille iniuste in Nos contorserat in eum sunt retorta, vel Nobis ipsis, quos tam dire et crudeliter vexaverat, calamitatem eius et suorum miserantibus, nam quod Nos eius culpa auctorem facit, quod sit veritati consonum vel ex hoc apparet quod ipse prior ad amicitiam Imperatoris Thurcarum confugit, sicuti litterae eius subscriptae, per nostros deprehensae, et ad Nos delatae, testantur, (ne quid nunc de aliis eius litteris manum similiter eius habentibus tributum Caesari pollicentis loquamur) quas utrasque in manibus habemus. Qui quidem Imperator quod postea cum illo suo immenso et innumerabili exercitu in Austriam venerit et eam stragem quae ibidem facta est intulerit, quis alius existimandus est esse in culpa, si quis recte rem judicare velit, nisi ille qui eum ad hoc, tot litteris suis, multis conviciis et atrocissimarum minarum plenis, quibus miseris hungaris nostris credulis tantum non Constantinopolitani Imperii totalem eversionem pollicebatur, ad id faciendum provocaverit? Nos certe nihil aliud quesivimus nisi regni nostri, in quo iniuste vexabamur, iustam recuperationem, dedimusque omnem operam ne tanti Imperatoris gladius ulterius progrediretur. Nec ea damna quae inimicis nostris inferebantur siccis oculis spectare potuimus; quid autem postea sit secutum et quemadmodum rursus ad concordiam iam facti, eo auxiliante Domino, viribus et fortuna superiores parati fuerimus vestras Dominationes latere non potest. Quo etiam tempore, ita se nobiscum gessit, ut eodem tempore ex una parte concordiam nobiscum in Polonia tractaret et ad querendum caput nostrum et ad expugnandam sedem nostram regiam exercitus mitteret, qua etiam in re justus Dominus iniustos eius conatus ex sua misericordia confregit et dissipavit; quae tamen omnia, licet talia sint quae vel mollissimum cor indurare penitus potuissent, Nos tamen a proposito pacis cum eo pro bono publico faciendae non avocarunt, cuius rei gratia Nos ipsi primum trimestres postea annuas indutias adversario nostro ordinavimus et eius etiam rei gratia, postquam perlatum fuit ad Nos de conventu Spirensi statim designavimus ad eum conventum plures ex primoribus consiliariis nostris, cupidi et pacis cum adversario nostro pro bono publico faciendae et ponendi ante oculos vestris reverendissimis, illustrissimis et magnificis, etc. Dominationibus pericula nisi quam primum de opportuno remedio provideatur, de quo per eosdem oratores nostros cum vestris reverendissimis, illustrissimis et magnificis Dominationibus agere voluimus. Quae quidem remedia, per Nos iam ordinata, si vestrae reverendissimae, illustrissimae et magnificae Dominationes amplecti voluerint, gaudebimus de bono omnium communi, sin minus; Nos quidem de salute Regni nostri curam cum Dei auxilio geremus, de aliorum

autem ruina, quae Nobis imputari non poterit, non poterimus non vehementer ingemiscere. Intelligimus etiam esse aliquos qui nostram causam eo nomine conentur facere apud vestras reverendissimas, illustrissimas ac magnificas, etc. Dominationes graviores quum dicant Nos tributum pendere Caesari, quod si faceremus nemini deberet videri mirum, quippe cum omnibus constare debet in quas miserias ac desolationes hoc regnum devenerit tempore predecessorum nostrorum; ea tamen fuit clementia Domini Dei erga hanc afflictam nationem, ea etiam benignitas magni Imperatoris erga Nos et subditos nostros ut nihil tale a nobis optaverit sed passus sit, cum id in manu eius esset, Nos regnare pure et simpliciter eo modo et ita libere sicut predecessores nostri divi Reges Hungariae regnarunt, sicut vestrae reverendissimae, illustrissimae et magnificae Dominationes id possunt si volunt reipsa experiri et manibus, quod vulgo dicitur, palpare. Immo ut toti mundo notum esse Nos et principem christianum et amatorem pacis ac Dominationum vestrarum esse illud quod egimus cum potentissimo Imperatore ut principibus christianis nostro intuitu pacem impartiretur. De quo causa nostrae intercessionis contentus fuit et est quod nunc etiam litteris suis ad Nos in lingua thurcica pariter et italica scriptis utriusque signo suo imperatorio signatis testatur eos quos vel principes vel dominos vel cuiuscumque status homines fuerint in amicitiam suam recipere quicumque Nobis sunt et velint esse amici, quarum litterarum exemplum vestris Dominationibus per oratores nostros mittimus; quae cum revera ita se habeant rogamus vestras reverendissimas, illustrissimas et magnificas, etc., Dominationes ne velint adversariorum nostrorum falsis calumniis locum dare talia contra Nos et honorem nostrum inter vestras Dominationes spargentibus; rogamus etiam, tanquam princeps christianus qui videt in eo statu terminos christianos constitutos ut securis ad radicem posita sit, Dominationes vestras uti principes christianos et easdem exhortamur ut si viderint adversarium ita obstinatum quod suam pertinaciam bono et quieti publicae, quam etiam eius hostis annuit, preferre velit non acquiescant voluntati et suasionibus eius sed eam viam pacis amplectantur, quae quietem nomini christiano et Nobis salutem parere potest. Quod si non sequetur et res christiana aliquid detrimenti patietur testis erit Nobis Deus Omnipotens cum omnibus sanctis eius et Dominationes vestrae Nos omnis boni et quietis et nullius mali occasionem prebere vel prestitisse. Vestras reverendissimas, illustrissimas ac magnificas, etc., Dominationes optamus feliciter valere. Datum in civitate nostra Segeswar, vigesima quinta die mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo, regnorum nostrorum, etc. anno sexto ^{a)}.

Joannes Rex, manu propria ^{b)}.

In dorso: Reverendissimis et Reverendis, Illustrissimis ac Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, Generosis et Eximiis Dominis Electoribus ac aliis principibus et statibus utriusque ordinis Sacri Romani Imperii, amicis nostris charissimis.

Manu rec.: Alemania. Ungria anno 1532. Parece carta del Rey Juan electo de Ungria despues de la muerte de Rey Ludovico en la batalla

con el turco que escribe a las señorías y electores queixandose de las vexaciones que se le azen en su Reyno.

a) *abhinc manu propria Ioannis.*

b) *hucusque manu propria.*

N. 5.

In civitate Tornacensi [Tournai] 8.XII.1531.

*Carolus V imperator
universis
de contentione cum rege Hungariae.
(Lat., minuta)
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 151 (a).*

Carolus etc. Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis. Cum summum semper nostrum studium fuerit omnes civiles contentiones e republica christiana submovere, perspiciamusque quantum incommodi ex his quae de Regno Ungariae extant dissidiis reipublicae evenire posset, nisi mature componerentur, et ea propter in his componendis omnem operam pro parte nostra navare cupiamus, ad idque efficiendum in civitate Pataviensi conventum indixerimus ad diem Epiphaniae proximum venturum, Nosque in praesentia ei conventui preesse non valeamus, ut sint qui in eo conventu nostris vice ac nomine intersint et ibi, quae per Nos agenda erunt ^{a)}, agant. De fide, studio, prudentia ac dexteritate illustrissimi Federici, Comitis Palatini ad Rhenum, Ducis Bavariae, et venerabilis Philippi, Episcopi Spirensis, Principum et consanguineorum nostrorum carissimorum, plurimum confisi eosdem et quemlibet eorum in solidum ad eam provintiam elegimus nostrosque commissarios et mandatarios fecimus, instituimus, creavimus et ordinavimus, dantes et concedentes eisdem et cuilibet eorum amplissimam auctoritatem et facultatem ut nostris vice ac nomine in eo conventu intersint et partes de Regno Ungariae (ut premittitur) contententes concordare et ad pacem et unionem reducere studeant; et si quae alia nostro nomine agenda, tractanda, promittenda et juranda erunt, agant, tractent, promittant et jurent, et alia omnia et singula faciant et exequantur quae ipsis commissariis et mandatariis nostris ex re facienda esse videbunt, promittentes in fide ac verbo nostro regio et caesareo Nos ratum, gestum ac firmum habituros et omnino observaturos quod per ipsos commissarios nostros aut eorum alterum in premissis et circa premissa actum, tractatum, promissum et juratum fuerit, et nullo unquam tempore contraventuros. Horum testes etc. Haec manu nostra subscriptum et sigilli nostri magni appensione munitum.

Datum in civitate nostra Tornacensi, die octavo decembris, anno Domini MDXXXI, Imperii nostri XII et Regnorum nostrorum XVI.

a) in ms: erant

[Tournai 8.XII.1531].

Carolus V imperator
[*Sigismundo I*] *regi Poloniae*
de contentione cum rege Hungariae componenda.
(*Lat., minuta*)
A.G.S. *Estado Leg. 635 f. 151 (b).*

Regi Poloniae. Carolus etc. Serenissimo etc. Pro eo studio quo semper divina [gratia] paratum ^{a)} optamus, perspicientes quantum malorum contentiones de Regno Ungariae reipublicae inferre possent, dum eos e medio tollere optamus, in civitate Pataviensi ad diem Epiphaniae Domini sacrum conventum indiximus, et cum re ipsa exploratum habeamus studium et auctoritatem Serenitatis Vestrae ea in re plurimum valere sciamusque ipsam huius pacis, pro qua multum hactenus laboravit aequae ac Nos ipsi, studiosissimam, eandem maiorem in modum rogamus ut ad eum diem et conventum suos commissarios et mandatarios ampla auctoritate suffultos mittere velit ut una cum his quos Nos mittimus, et partes quoque ipsae contententes mittent, de tolendis huiusmodi contentionibus agant et pacem (si Deus concesserit) componant, quod medio Serenitatis Vestrae futurum bonum speramus, pressertim cum exploratum habeamus Serenissimum Regem Romanorum, fratrem nostrum carissimum, aequas pacis condiciones accepturum, quod et alteram partem facturam confidimus. Et Serenitatem Vestram, etc. Datum ut in praecedenti ^{b)}.

a) in ms. verbum gratia deest, lectio incerta

b) verba ut in praecedenti alia manu scripta, maculata, vix leguntur

Tournai 8.XII.1531.

Carolus V imperator
Hieronimo Lasko [Łaski]
de contentione inter regem Hungariae Ioannem et regem Romanorum
Ferdinandum.
(*Lat., minuta*)
A.G.S. *Estado Leg. 635 f. 151 (c).*

Carolus etc. Hieronimo Lasko. Magnifice, sincere, dilecte: Legimus litteras tuas quas die XVIII Novembris ad Nos dedisti, fuitque Nobis jucundissimum quod scribis tua te mandata Serenissimo Regi Romanorum, fratri nostro carissimo, exposuisse et quod de animo Serenissimi Principis tui ad pacem et concordiam propensi asseveras et quam operam hactenus ea in re prestitisti et deinceps te prestaturum, eis non possumus

non vehementer laudare; est enim optimi viri officium pro quo ab Omnipotenti Deo dignam tuorum laborum mercedem, a Nobis autem omnem gratitudinem es habiturus. Nos certe qui nihil unquam carius nihil antiquius duximus quam e republica christiana civiles contentiones submovere multosque hactenus nostra opera nostroque studio substulimus dum quae de Regno Ungariae extant componere ex animo optamus, praelectis ^{a)} litteris tuis maximaque ex his de pace spe concepta ^{b)} provinciam hanc ad quam Nos hactenus propensissimos sumus ^{c)} quam libentissime accepimus, proque negotio componendo ne adventum ipsius nimis prestolare opus sit, sed ^{d)} sunt tum Serenissimi Regis Poloniae ^{e)} et Illustrissimi Georgii, Ducis Saxoniae, qui ea in re optime totam operam navarunt, studio recte omnia ^{f)} componant in civitate Pataviensi ad diem Epiphaniae Domini sacrum conventum indire visum est; quo exemplo Nos commissarios nostros mittemus ut de componendo hoc dissidio ungarico una cum aliis Commissariis et oratoribus agant et optatam pacem (si Deus concesserit) componant. Tuum munus erit apud Principem tuum omni studio curare ut suos oratores et procuratores cum amplissimis mandatis isthuc mittat et aequas condiciones pacis proponat et accipiat. Nunc ^{g)} pro parte Serenissimi Regis Romanorum, fratris nostri carissimi, satis scimus honesta omnia et aequa libentissime accepturum et ipsos oratores et mandatarios decenti honore habiturum. Praeterea vero Nos favente Deo Optimo Maximo istuc veniemus ^{h)} et omni opera studioque pacem hanc promovebimus ⁱ⁾ et quae epistolae non esse committenda indicasti ore nobis exponere poteris; si quae autem dum Nos moramus scitu digna aut necessaria judicabis de his Nos aut scripto monere aut cum Serenissimo fratre nostro ea conferre licebit. Dabimus operam ut nunquam te suscepti laboris atque studii poeniteat. Quae omnia latius ab eodem Serenissimo fratre nostro habiturus es.

Datum Tornari die VIII Decembris 1531, Imperii nostri XII^{mo}.

a) sic in ms.

b) abhinc in margine

c) lectio incerta

d) hucusque in margine

e) abhinc in margine

f) hucusque in margine

g) lectio incerta

h) abhinc in margine

i) hucusque in margine

N. 8.

Segesvár, s.d.

[Ioannes Zapolya rex Hungariae]

ad Carolum V imperatorem

de contentione cum Ferdinando, Romanorum rege; de Hieronymo de Lasko [Łaski]; de causa regi Poloniae, Pontifici Romano [Clementi VII] et ipso imperatori submittenda.

(Lat., exemplar)

A.G.S. Estado Leg. 635 f. 152.

Ad Carolum Imperatorem. Maiestas Vestra Caesarea satis superque jam pridem intelligere potuit ea dissidia quae inter Nos et fratrem Ves-

trae Caesareae Maiestatis contigerunt. Nos semper ab initio, quo ad hanc regalem dignitatem, Dei nutu, assumpti sumus nihil magis quaesivimus quam pacem et concordiam cum eo, utpote qui non ignorabamus quanta iactura reipublicae christianae ex huiusmodi dissidiis sequi posset; optavimus autem et quaesivimus etiam ab initio quo pacto id vestrae potissimum Caesareae Maiestatis quam et fratrem esse germanum adversarii nostri noveramus et caput totius christianitatis medio et autoritate fieret et eius rei gratia statim in ipso Regni nostri principio designaveramus ad Vestram Caesaream Maiestatem et miseramus insignes oratores nostros qui ad eam usque in Hispanias irent; qui quidem quo pacto fuerint per eundem fratrem Vestrae Maiestatis retenti credimus Vestram Maiestatem non ignorare. Tentavimus postea hoc idem facere per nuntios et per litteras. Postremo, post mille incommoda, iniurias et calamitates ab eo Nobis inflictas, non desistimus tamen hoc idem tentare, atque ita diebus superioribus habita prius a Vestra Caesarea Maiestate medio Serenissimi Regis Poloniae et ab ipso etiam fratre Vestrae Maiestatis fide publica designatis ad huiusmodi legationem pluribus potioribus consiliariis nostris, praemiseraimus ad Vestram Caesaream Maiestatem fidellem nostrum spectabilem et magnificum Hieronimum de Lasko, Wayvodam Regni nostri Transsilvanii. Qui cum ad Vestram Maiestatem proficiscens honoris causa ad fratrem Vestrae Maiestatis divertisset fuit ibi multis diebus retentus cum maximo incommodo et iactura rerum nostrarum, neque iter suum persequi permissus; quod quidem qua de causa frater Vestrae Maiestatis fecerit ipse viderit. Nos certe iudicamus eum per hoc non solum quieti et saluti publicae plurimum incommodasse, sed etiam dignitati et honori Vestrae Caesareae Maiestatis non parum derogasse, neque credimus eum aliam ob causam et prius preclusisse et nunc quoque precludere omnes vias oratoribus nostris Vestram Maiestatem adeundi nisi quia quaerit modum ne Vestra Caesarea Maiestas intelligat huius negotii, quod inter Nos et ipsum versatur, veritatem; timens fortasse ne Vestra Caesarea Maiestas, pro ea bonitate et iustitia quae in ea esse omnium ore praedicatur, eum ad aliquod tale sua auctoritate compelleret quod ipse nullo pacto facere vellet. Videmus autem iam Nobis nihil superesse nisi primum expostulare hanc tam insignem iniuriam tam coram Vestra Caesarea Maiestate quam coram omnibus aliis principibus christianis, deinde id quod per oratores nostros, ipso prohibente, facere nequimus saltem his praesentibus literis nostris declarare Vestrae Caesareae Maiestati, ut summatim et per compendium rem inter Nos gestam, quam rogamus ut Vestra Caesarea Maiestas non gravetur, non nostra sed publica causa intelligere et diligenter considerare et ut sic fratrem ad alia consilia suscipienda, cum fraterna pietate tum etiam imperiali auctoritate, rogare et ab evertenda christianitate avertere. Res autem ipsa in hunc modum se habet: Extincto in illo funestissimo bello Serenissimo Rege Ludovico, divinae memoriae, predecessore nostro colendissimo, ubi et Nos fratre nostro germano unico orbatu sumus, et regno in hunc modum haerede ac successore legitimo vacante, fuimus liberis omnium suffragiis in publico regni conventu in regem creati et coronati, tribus tantum ex omnibus optimatibus et qui ius creandi regis haberent numero exceptis. Et cum frater Vestrae Caesareae Maiestatis eam ob causam indignari et arma Nobis intentare atque regni ius et successionem vigore quorundam contractuum ad se trahere cepisset, fuimus parati, teste praefato Serenissimo Rege Poloniae, utriusque affine et amico, testibus etiam primariis suis consiliariis, vel concordare

cum eo bonis et honestis conditionibus in dieta Ulmicensi aut ius nostrum submittere ipsi Regi Poloniae et Pontifici Romano, imo etiam Vestrae Caesareae Maiestati, tantum confisi iustitiae nostrae et bonitatis Vestrae Caesareae Maiestatis ut in causa fratris nec fratris iudicium recusaremus. Parati porro, si ita indicatum fuisset, privatam etiam rursus sortem, ex qua ad regnum vocati fueramus, repetere. Ad quod cum ille nullo pacto induci posset sed ius omne in armis esse clamaret, ad arma est ventum. Quibus quid tandem ille sit consecutus licet Nos simul et regno tunc et patrimonio amplissimo exturbaverit, idque magis nostrorum proditione quam suis viribus, satis superque est notum. Arma eius, ultore et vindice Domino, quae ille in Nos iniuste contorserat in eum sunt retorta, vel Nobis ipsis, quos tam dire vexaverat, calamitatem suorum miserantibus, nam quod Nos eius culpa auctorem facit, id Vestra Caesarea Maiestas, si verum investigare voluerit, longe aliter fuisse comperiet. Ipse enim prior ad amicitiam potentissimi Thurcarum Imperatoris confugit, sicut litterae manu eius subscriptae, per nostros deprehensae, testantur; ne quid nunc de aliis suis litteris, manum similiter eius habentibus, tributum de Regno Ungariae potentissimo Caesari pollicentibus, loquamur; quas utrasque in manibus habemus. Quo viso, tunc demum veriti ne inde qui per eum opprimeremur fatemur Nos etiam pro amicitia Imperatoris misisse, idque eodem tempore quo et ipse pro hoc ad eum miserat. Qui quidem Imperator quod postea cum illo suo immenso et innumerabili exercitu in Austriam venerit, et eam stragem quae ibi facta est intulerit, quis alius existimandus est fuisse in culpa, si quis recte iudicare velit, nisi ille, qui propriis et avitis regnis et provinciis sibi per Maiestatem Vestram Caesaream benigne concessis non contentus aliena insulte quaesierit? Deinde qui tot literis minarum plenis principem omnium potentissimum irritaverit et contra se provocaverit miseris et credulis Ungaris nostris tantum non Constantinopolitani Imperii eversionem promittens neque prius coronam regni sese suscepturum asseverans quam castra omnia et loca Thurcis finitima recuperasset. Quibus promissis in quantum fecerit satis totus mundus videt. Nos recte nihil aliud tunc quaesivimus nisi Regni nostri, ex quo iniuste electi fueramus, recuperationem, dedimusque omnem operam ne gladius thurcicus ulterius progredereetur. Et ea damna quae inimicis nostris inferebantur siccis oculis spectare non potuimus. Quid autem postea sit secutum et quemadmodum rursus ad concordiam parati fuimus, iam facti (Dei auxilio) eo iuribus et fortuna superiores, Vestram Caesaream Maiestatem latere non potest. Quo etiam tempore ita se nobiscum gessit ut ex una parte concordiam nobiscum in Polonia tractaret, ex alia parte validos exercitus ad perdendum caput nostrum et ad expugnandam sedem nostram regiam mitteret. Qua etiam in re iustus Dominus iniustos eius conatus mirabiliter confregit et dissipavit. Quae tamen omnia, licet aliena sint ab omni humanitate, Nos tamen a proposito pacis cum eo pro bono publico faciendae non avocarunt, et eius rei gratia Nos ipsi ei primum trimestres postea annuas inducias ordinavimus ut hanc temporis oportunitatem et intervallum posset melius rebus christianis consuli, et designavimus sine mora ad Vestram Caesaream Maiestatem et ad Sacri Romani Imperii conventum, qui tunc Spirae futurus esse dicebatur, eos oratores de quibus superius mentionem fecimus; quorum medio parati fuimus, autoritate Vestrae Caesareae Maiestatis, condescendere ad omnia meliora media quaecumque reperiri potuissent. Scire igitur velit et credere Vestra Maiestas totam hanc rem

in hunc modum processisse nisi quia eam breviter et succincte Vestrae Maiestati narrare voluimus, nam si acta quinque aut amplius annorum ex ordine commemorare vellemus, atque inter hoc partem aliquam tot iniuriarum, calumniarum, opprobriorum, calamitatum quas a fratre Vestrae Maiestatis sustinuimus iuste ad id noluimus afere^{a)} opus. Neque nunc aliud nisi ut Vestra Maiestas nudam rei gestae veritatem intelligat. Possemus etiam ad eius calumnias hoc in loco respondere, sed Nobis Deus est testis et omnes boni et consciencia nostra Nos ab ineunte aetate, praesertim ex quo honoratiores praefecturas in hoc regno gerere cepimus, fidelissime et non sine utilitate reipublicae christianae huic regno et dominis nostris Wladislao et Ludovico, consanguineis et affinibus Vestrae Maiestatis Caesareae, servivisse. Postremo illud adicere possemus quicquid de Nobis et de nostra cum potentissimo Imperatore amicitia frater Vestrae Caesareae Maiestatis praedicat^{b)}, nostra potissimum opera, industria et dexteritate, cum Dei Optimi Maximi auxilio, hoc regnum, quod ipse pro perduto reliquerat, esse reipublicae ac Religioni Christianae conservatum. Scimus etiam Nos insimulari ab eo de amicitia Thurcica et inter alia de tributo potentissimo Caesari per Nos ablato; quod si fecissemus nemini debuisset mirum induci quicumque compertum habet in quas miserias et vastitates hoc regnum devenit tempore praedecessorum nostrorum. Ea tamen fuit clementia Domini Dei erga hanc miseram nationem, ea etiam benignitas potentissimi Imperatoris erga Nos et subditos nostros ut nihil tale a Nobis optaverit sed permiserit Nos (cum id in manu eius esset) ita libere regnare sicut praedecessores nostri regnarent. Immo contentus fuerit et sit, quod nunc etiam literis suis ad Nos in lingua thurcica pariter et italica scriptis utrisque signo suo imperatorio signatis testatur, eos quoque in amicitiam suam recipere, quicumque nobis sint vel velint esse amici. Quae omnia, et his longe plura ad salutem reipublicae christianae et etiam ad decus et dignitatem Vestrae Caesareae Maiestatis pertinentia, libenter Vestrae Caesareae Maiestati per oratores nostros significassemus si licuisset; et nunc etiam si liceret significaremus et nihil dubitamus quin si Maiestas Vestra rem ita ut se habet intelligeret aliter his rebus pro salute et quiete publica consuleret. Nos testamur Deum Omnipotentem quod nihil aliud quaesivimus et quaerimus nisi bonum publicum christianitatis, et nisi hoc ita esset iam pridem facile invenissemus viam Nos a fratre Vestrae Caesareae Maiestatis liberandi; quod tamen cum videmus sine iactura christianitatis fieri vix posse, omnem lapidem movimus quo pacto id evitare possemus. Quod si frater Vestrae Caesareae Maiestatis adhuc in eadem sententia perseverare ceperit, Nos in regno nostro legitime quaesito turbandi, quicquid ex hoc incommodi capiet aut ipse aut eius causa alii Nobis imputari non poterit. Quod autem intelligimus Vestram Caesaream Maiestatem concordiae huius tractandae et confiendi gratia instituisse Dietam in civitate Pataviensi, videt Vestra Caesarea Maiestas Nos ad longe maiora fuisse paratos quod sit hoc mittere viam ad eam etiam in extremis orbis terrarum finibus per hoc inquirendam, sed vix Nobis persuadere possumus de Maiestate Vestra Caesarea, tanquam de Principe optimo et iustissimo nihil sinistri suspicientes quod hoc quoque per fratrem Vestrae Maiestatis propterea ordiantur, ut res de tempore in tempus, de loco in locum, de tractatu in tractatum transire atque interim Nos inter oscitantes opprimamur. Probo eum meminimus quo Nobiscum tempore Passeoniensis Dietae sit actum, nec vellemus incuria nostra in eundem casum incidere et miramur certe

quoties id in mentem Nobis venit quod frater Vestrae Caesareae Maiestatis necdum aliam Nobiscum agendi viam aggrediatur cum aperte videat tot suos conatus tali modo susceptos frustra Dei nutu cecidisse; Vestrae Caesareae Maiestatis erit, quae fratrem et aetate et prudentia et auctoritate exsuperat, eam in hac parte rationem inire, ut remota omni affectione et favore, reipublicae ac religioni christianae consilio, prudentia et auctoritate Vestrae Caesareae Maiestatis consulatur. Vestram Caesaream Maiestatem optime cupimus valere. Ex civitate nostra Segeswar etc.

In dorso, manu recentiori: Ungaria. Carta a Su Magestad sobre las diferencias que el Rey, hermano de Su Magestad tiene con el Reyno ^{c)}.

a) *lectio incerta*

b) *in ms.: p. dicet*

c) *Hic aliqua verba non leguntur.*

N. 9.

Cracoviae 15.VI.1532.

Sigismundus I rex Poloniae

ad Carolum V imperatorem

exclusivum ius iudicandi de vassallo suo, Alberto duce Prussiae, sibi vindicat; sententiam in eo a Camera Imperiali prolatam reicit et revocare expostulat.

(Lat., orig., sig. vest.)

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 202.

Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Ierusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabanciae, etc.; Comiti Halsburgi, Flandriae, Tirolis, etc., fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando. Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, etc. Dominus et heres: Salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum. Serenissime ac excellentissime princeps et domine domine frater et consanguinee noster charissime ac honorande. Cum nuper ex litteris Reverendi Patris Domini Joannis, Episcopi Culmensis, oratoris nostri, cognovissemus illum ad cognitionem Maiestatis Vestrae Serenissimae detulisse quod mandatum penale cum peremptoria ad iustificandum citacione Illustrissimo Principi Domino Alberto, Marchioni Brandenburgensi et in Prussia Duci, nepoti ex sorore nostro charissimo, nomine Maiestatis Vestrae Caesareae transmissum Nobis et singulis Regni nostri ordinibus preiudiciale videretur quidquid illud salvis iuribus domini feudalis nostri in exequutionem

admittere Nobis non liceret speravimus tum Maiestatem Vestram Caesaream pro rei aequitate in iudicio imperialis camere inhibituram esse, ne quid contra vasallum nostrum in preiudicium superioritatis nostrae, iudicialiter fieri vel statui ^{a)} permetteret, cum ad Nos, tanquam ordinarium vasalli principis iudicem, pertineat jus cuivis adversus illum agenti reddere. Verum aliter multo quam sperabamus ea in re accidisse audimus relatum siquidem Nobis est dilectum nepotem nostrum Prussiae Ducem per iudicium Imperialis Camere bannitum et proscriptum esse atque praeter banni naturam et formam eius principalem dignitatem, honorem et familiam ultra modum lesam, privilegiaque atque ymages illi ademptas esse. In quo, cum perinde Nos ac ipsum vasallum nostrum offensos advertamus, non possumus nisi gravi et molesto animo hanc illatam contumeliam ferre, praesertim cum certo Nobis persuadeamus iudicium Camere non voluntate Maiestatis Vestrae sed impulsu adversariorum et invidorum Ducis predicti hec decrevisse et pronuntiasse. Proinde Maiestatem Vestram Caesaream plurimum rogamus ut pro suae nature ingenta bonitate et ad animum suum iniuriam nepoti nostro et Nobis illatam revocare velit, deincepsque ita de hoc negocio una cum Illustrissimis Principibus Electoribus et reliquis Imperii ordinibus statuere ne amplius et nostrae superioritatis iurisdictio et nepotis simul ac vasalli nostri dignitas ab illius ledatur adversariis, et ut bannum emissum, quod occasionem multi mali facere posset, quamprimum revocetur. Convenit enim et expedit providere ne istiusmodi non necessariis offensionibus Nos illustrisque nepos et vasallus noster in eam occasionem adducamur ut tuendi juris et dignitatis nostrae rationem ex provocatione adversariorum querere debeamus. In quo Maiestas Vestra Caesarea non minus privatis nostris quam publicis et communibus subditorum utriusque nostrorum, qui magna nimium et ampla inter se habent negotia, rationibus commodabit, et nostram erga se veterem observantiam, nostrique nepotis, Prussiae principis, officia in pristino statu retinere dignabitur. Cuius Nos, ut semper solemus, benevolenciae ex animo commendamus et Eam faelicissimam esse atque diu recte sanam et incolumem vehementer optamus.

Datum Cracoviae, die XV mensis Junii, Anno Domini M^o D^o XXII^o, Regni nostri XXVI^o ^{b)} ^{c)}.

Sigismundus Rex, manu propria ^{d)}

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Ierusalem, etc. Regi; Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabanciae, etc.; Comiti Halsburgi, Flandriae, Tirolis, etc. etc., fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando.

In dorso, manu recentiori: Polonia 1532 ^{e)}. El Rey de Polonia.

In dorso, alia manu (Caroli V?): Soit ^{e)} respondu a ceste lettre que l'empereur aiant communique l'affaire aux estas de l'Empire a trouve deuls la chose pesante ¹⁾ de riens alterer ny changer de ce que a este fait commils dient demande et a bonne cause. Touteffois que sadite Majeste

fera traicter envers ^{g)} la presente affin quelle consente a la suspension ^{h)} du ban pour deux ans ⁱ⁾ et commetra selon la fin de la derniere ^{k)}.

a) *Sic in ms.*

b) *in ms.*: M.D.XXII regni nostri XXVI est contradictio quia regnum Sigismundi I ab a. 1506 computatur. Recte videtur inscriptus annus in nota dorsali: 1532; quia in Legajo 636 fere omnia documenta ad hoc annum spectant; quia Joannes [Dantiscus] orator regis Poloniae erat episcopus Culmensis 1530-1538; quia Albertus, e marchionibus Brandeburgiae, olim magister Ordinis Teutonici, ducatum Prussiae accepit a. 1525.

c) *abhinc manu propria Sigismundi*

d) *hucusque manu propria*

e) *alia lectio*: sont

f) *alia lectio*: presente

g) *lectio incerta*

h) *alia lectio*: suscesion

i) *verbum expunctum*

k) *Ex textu huius notae apparere videtur, ipsum Carolum V eius auctorem esse. Quaestio an sit autographa an forsitan sub dictatu imperatoris ab amanuensi facta aperta manet. Ea enim, quae certe manu imperatoris sunt scripta, cum scriptura praesentis notae dorsalis comparata, dubium nostrum auferre non potuerunt. Cfr. etiam N. 20, nota dorsalis.*

N. 10.

Cracoviae 16.II.1532.

*Sigismundus I rex Poloniae
ad Carolum V imperatorem*

*Ioannem Dantiscum episcopum Culmensem oratorem revocat; Cornelium
Scerperum ad negotia in aula imperiali curanda designat.*

(*Lat., orig., sig.*)

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 203.

Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabantiae; Comiti Auspurgi, Flandriae, Thirolis, etc. fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando. Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, etc. dominus et heres: Salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum. Serenissime ac excellentissime princeps et domine frater et consanguinee noster charissime ac honorande. Exactis iam pluribus annis quibus in Aula Maiestatis Vestrae Reverendus Dominus Joannes, Episcopus Culmensis, negocia nostra curavit, visum est Nobis expedire ut, partim propter pastorem curam quae illi incumbit, partim propter munus quo inter consiliarios nostros fungitur, illum in patriam revocemus; quare plurimum a Vestra Serenissima Maiestate rogamus ut illum cum gratia sua dimittere et cum eo favore quem premeruit ad Nos remittere dignetur. Caeterum quia nostris et serenissimae coniugis nostrae ac etiam reipublicae christianae negociis non incommodum fore, ducimus ut aliquis illa ex commissione nostra in aula Vestrae Serenissimae Maiestatis curet et promoveat. Optavimus Nobis ad eorundem negotiorum curationem egregium Cornelium Scerperum, Maiestatis Vestrae secretarium, cuius iam fides et integritas est Nobis perspecta et probata. Proinde Maiestatem Vestram Serenissimam

plurimum rogamus ut cum ipse negocia nostra ex mandato nostro apud Illam aget, illi et attencionem benevolentem et favorem suum imperialem et fraternum, ut consuevit, prestare dignetur. Quod Nos, Maiestati Vestrae Serenissimae omni officio observantes et mutua gratificatione nostra referre curabimus. Cuius Nos amoris et benevolentiae commendamus, illamque esse felicissimam et recte semper salvam ac incolumen vehementer et ex corde optamus.

Datum Cracoviae, die XVI Februarii, Anno Domini M^o D^o XXXII^o, Regni vero nostri anno XXVI^{to}.

a) Sigismundus Rex, manu propria b)

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Carolo divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabantiae; Comiti Auspurgi, Flandriae, Thirolis, etc.; fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando.

Manu recentiori: Polonia. Cracovie 1532. Al Emperador. El Rey de Polonia.

a) *Abhinc manu propria Sigismundi*

b) *hucusque manu propria*

N. 11.

Cracoviae 15.VI.1532.

Sigismundus I rex Poloniae

Carolo V imperatori

de actis et agendis in contentione de regno Hungariae componenda.

(Lat., orig.)

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 204.

Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Ierusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabantiae etc: Comiti Halsburgi, Flandriae, Tirolis, etc., fratri et consanguineo Nostro charissimo ac honorando. Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, etc. dominus et heres: Salutem et fraterni amoris atque omnis faelicitatis continuum incrementum. Serenissime ac excellentissime princeps et domine domine frater et consanguinee noster charissime ac honorande. Cum allatae essent Nobis litterae Maiestatis Vestrae Serenissimae, quibus et id quod adversarius Serenissimi Domini Romanorum Regis de mittendis in Regnum nostrum super concordia oratoribus proposuit, nec a se praestari nec a serenissimo fratre suo suscipi posse multis rationibus declaravit, et Nos benevolen-

tissime hortata est ut boni publici causa ad mittendos in Pataviensem civitatem oratores eundem Serenissimi Domini Romanorum Regis adversarium persuasione nostra adducamus. Nos, ut rationibus publici commodi simul et Vestrae Maiestatis Serenissimae postulacioni satisfacere-mus, confestim post acceptas litteras cubicularium nostrum ad dictum serenissimi fratris Maiestatis Vestrae adversarium magnis itineribus miseramus eique et rationes Maiestatis Vestrae Serenissimae, propter quas integrum sibi fore non existimat ut locus ad conventum oratoribus in Pataviensi civitate semel designatus commutetur, et nostram persuasionem pietati et commodo reipublicae christianae accommodatam accurate perscripsimus. Ad quae omnia quid ille usque modo rescripsit ex illius litterarum exemplis, quae cum presentibus Maiestati Vestrae Caesareae mittimus, abunde cognoscet. In quibus, quoniam Nos advertimus illius animum ad omnia quae serio de pace agerentur, nunc etiam lapsis annalibus induciis, non fore difficilem, Maiestatem Vestram Serenissimam rogamus velit pro sua singulari in rem christianam pietate Serenissimo fratri suo persuadere, et, si licet, pro autoritate et gracia mutua fraterna apud illius Maiestatem efficere, ut in hac quae se offert adhuc occasiuncula cum adversario suo aliquid serio de concordia agere et pacem aequis et honestis condicionibus cum illo transigere velit. Quo et Hungaria, nobilissimum Christianitatis membrum, ab imminente interitu et reliquae christianae provinciae a metu et trepidacione liberari possint. Nam Nos certo edocti sumus a nuntio nostro, qui, de negotio valachico ad Imperatorem Thurcarum missus, nudius quartus ad Nos rediit, ipsum Imperatorem validissimo exercitu et pregrandi apparatu bellico iam in procinctu adversus christianos esse, sevaeque omnia et plena periculi mente agitare. In quo quid sit facto opus, quidve Maiestati Vestrae Serenissimae pro imperiali dignitate sua conveniat illius prudentiae dispi-ciendum relinquimus; sed tamen ne et ipsi in aliquo necessitati publicae deesse videamur maiorem in modum a Maiestate Vestra Serenissima rogamus consulere cum Serenissimo fratre suo de rationibus concordiae dignetur, et Nos demum cerciores facere an cum adversario suo, sicut ipse querit, condiciones pacis serio velit recipere ut vicissim et Nos, cognita voluntate Suae Maiestatis, eidem adversario quae opportuna videbuntur nuntiare et persuadere possimus. De hiis siquidem quae publice sunt utilia melius censemus sero quam nunquam consulere. In quo Maiestas Vestra Serenissima amplissima laude et gloria dignitatem suam cumulabit et de christianorum salute egregie merebitur. Commendamus Nos amoris et benevolentiae Maiestatis Vestrae Serenissimae illamque semper felicissimam et ad multos annos recte sanam, salvam et incolumem esse ex animo optamus. Datum Cracoviae, die XV mensis Junii, Anno Domini M^o D^o XXXII^o, Regni nostri XXVI^o a^o.

Sigismundus Rex, manu propria ^{b)}

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Ierusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae; Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabantiae, etc.; Comiti Habsburgi, Flandriae, Tirolis, etc.; fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando.

Manu recentiori: Polonia. Cracovie. Al Emperador. 1532. El Rey de Polonia.

a) *Abhinc manu propria Sigismundi*

b) *hucusque manu propria*

N. 12.

Cracoviae 18.II.1532.

Sigismundus I rex Poloniae

Carolo V imperatori

nuntiat adversarium regis Romanorum [Ioannem Zapolyam regem Hungariae] Patavium nuntios mittere ad pacem procurandam nolle; Cracoviam eos convenire proponit.

(Lat., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 205.

Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Jerusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabanciae, etc.; Comiti Auspurgi, Flandriae, Tirolis, etc, fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando. Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviaeque, etc., Dominus et heres: Salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum. Serenissime ac excellentissime princeps et domine, frater et consanguineus noster charissime ac honorande. Non multo ante respondentes litteris Maiestatis Vestrae Serenissimae illi declaravimus quam propenso essemus animo ad suadendam procurandamque pacem inter Serenissimum Romanorum, etc., Regem et illius Maiestatis adversarium. Aperte id Maiestati Vestrae Serenissimae significantes, quod parati etiam eramus oratores nostros cum plenis mandatis in civitatem Pataviensem, ut visum est Maiestati Vestrae Serenissimae mittere, si modo id prius Nobis constitisset adversarium Serenissimi Regis Romanorum suos quoque oratores illuc ad negocium concordiae esse missurum. De qua illius voluntate quoniam tum cum scripsimus Maiestati Vestrae Serenissimae recepimus Nos exploraturos esse et Maiestatem Vestram Serenissimam cerciorem de illa facturos, visum est Nobis necessarium hunc celerem nuntium ad Maiestatem Vestram Serenissimam mittere et illi simul declarare quod princeps ille assentiri noluerit ut eius oratores in civitatem Pataviensem vel alium in locum dicionis germanicae concordiae tractandae causa proficisci de-

beant. Scribit enim se satis iam expertum esse quam non sit integrum illius oratoribus in locis Germaniae aliquid eiusmodi tractare, presertim cum et oratori, proxime a se ad Maiestatem Vestram Serenissimam misso, iter erat ad illam veniendi interclusum, et venturis aliis oratoribus in publice fidei litteris per Maiestatem Vestram Serenissimam concessis non esset ita satisfactum ut cum dignitate ipsius in Germaniam se conferri possent. Verum quod ad concordiam attinet, ipse idem Princeps nichil ex priori animo et facilitate sua se scribit remisisse ut aliquibus honestis mediis et condicionibus ea ipsa concordia conficiatur, modo id quod tractari hac ipsa de re deberet non alio in loco quam in Regno nostro instituat, et locus conventui oratorum futuro vel hic Cracoviae vel proxime Cracoviam designetur. Que nos omnia, quemadmodum prioribus litteris polliciti sumus, ita ut ab ipso Principe accepimus Maiestati Vestrae Serenissimae declarare presentibus volumus ut illa, cognita hac totius negotii difficultate et impendencium discriminum et periculorum gravitate expensa, sapientissimo suo consilio saluti totius reipublicae christianae prospicere valeat. Cui si quid Nos eciam opera nostra subseruire poterimus, neque impense neque labori nostro quantum vis maximo parsuri unquam sumus; at quoniam negotii istius ea est ratio ut nichil magis hoc tempore ab omnibus curari conveniat quam ut Serenissimus Romanorum Rex ad concordiam cum adversario suo reducat, Maiestatem Vestram Serenissimam plurimum rogamus dignetur prudentissimum consilium et auctoritatem suam ita ad rem admovere, ut hoc breve tempus, quod ad tractacionem pacis nobis superest, possit cum aliquo fructu priusquam elabatur transigi et si quid apud se certe quod agi deinceps debeat Maiestas Vestra Serenissima statuerit, Nobis significare mature non gravetur, ut Nos nostra consilia pro necessitate rei cum consiliis Maiestatis Vestrae tempori coniungere possimus. Factura Maiestas Vestra Serenissima rem in primis sua excelsa virtute et imperiali gloria dignam, deinde toti christianae reipublicae et singulis populis gratam, utilem et acceptissimam. Commendamus Nos amoris et benevolentiae fraternae Maiestatis Vestrae Serenissimae. Quam diutissime vivere et semper felicissimam esse ex animo optamus. Datum Cracoviae, die XVIII mensis Februarii, Anno Domini M^o D^o XXXII^o, Regni vero nostri anno XXVI^{to} a).

Sigismundus Rex, manu propria b)

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Jerusalem, etc., Regi; Archiduci Austriae; Duci Burgundiae, Lothoringiae, Brabanciae, etc., Comiti Auspurgi, Flandriae, Tirolis, etc.; fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando.

Manu recentiori: Polonia 1532. El Rey de Polonia.

a) Abhinc manu propria Sigismundi

b) hucusque manu propria

Cracoviae 7.IX.1532.

*Bona regina Poloniae**Carolo V imperatori**de reditu Ioannis Dantisci oratoris; de rebus ducatus Barenensis; Fabianum
Dameraw aulicum suum et Cornelium Scepperum accreditat.**(Lat., orig., sig.)**A.G.S. Estado Leg. 636 f. 206.*

Serenissimo et Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Jerusalem, etc. Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Brabanciae, Comiti Flandriae, Thirolis, etc., fratri et consanguineo nostro charissimo et honorando. Salutem et faelicissimos successus mutuique amoris uberrimum incrementum; serenissime et excellentissime princeps et domine domine frater et consanguinee charissime et honorande. Rediens huc ad Nos Reverendus Dominus Joannes Dantiscus, Episcopus Culmensis, a Sacra Maiestate Vestra orator noster, litteras benivolentiae in Nos plenas Nobis reddidit, et ea omnia quae a Sacra Maiestate Vestra sibi iniuncta habuit, retulit Nobis diligenter. Ex his singularem Sacrae Maiestatis Vestrae erga Nos amorem et benivolentiam cognovimus, de qua, quum prius non dubitaverimus, longe tamen Nobis facta est perspectior quia montem Sericum ^{a)} nostrum, per quosdam Nobis male faventes ablatum, vigore novi privilegii per promissam gratiam Nobis restituere est dignata. Pro qua Sacrae Maiestati Vestrae quas possumus habemus gratias, easque habituri sumus semper utque illam omnibus modis promereri possimus et in Sacrae Maiestatis Vestrae atque etiam in Serenissimi Romanorum Regis per omnem occasionem rebus omnes conatus et omne nostrum studium quantum possumus intendemus sedulo. Caeterum, quum adhuc quaedam a Sacra Maiestate Vestra pro fidelibus nostris ex statu nostro Barensi serviciis in Regno Neapolitano praestitis petenda censeamus, misimus hunc aulicum nostrum nobilem Fabianum Dameravv, cui ea in re benignam expeditionem dari et fidem haberi a Sacra Maiestate Vestra rogamus. Praeterea ut aliquem semper apud Sacram Maiestatem Vestram habeamus cui fidere possimus, qui et negotia nostra et quae se offerrent nomine nostro cum Serenissima Maiestate Vestra agat, elegimus ad hoc consiliarium Sacrae Maiestatis Vestrae magnificum Cornelium Scepperum, quem, ut in his quae aliquando nostro nomine est dicturus libenter et benigniter Sacra Maiestas Vestra audiat et clementer expediat, a Sacra Maiestate Vestra impense petimus. Quam diutissime sanam et faelicissimam valere ac imperare vehementer cupimus et praecamur. Cracoviae, die VII mensis Septembris, M^o D^o XXXII^o ^{b)}.

Eiusdem Maiestatis Vestrae tanquam soror Bona Regina mp ^{c)}.

In dorso: Serenissimo et Excellentissimo Principi et Domino Domino Carolo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Jerusalem, etc., Regi; Ar-

chiduci Austriae; Duci Burgundiae, Comiti Flandriae, Thirolis, etc., fratri et consanguineo nostro charissimo ac honorando.

Manu recentiori: Polonia. Caesari. Reginae Poloniae 7 Septembris 1532.

a) Sic in ms.

c) in ms. signum (v. N. 2, nota b). Hucusque manu propria

b) abhinc manu propria Bonae reginae

N. 14.

Cracoviae 5.IX.1532.

*Christophorus de Szydłowiec Regni Poloniae Cancellarius
ad Carolum V imperatorem
de adlata a Dantisco propositione foederis inter imperatorem et regem
Poloniae contra Turcos.*

(Lat., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 221.

Sacratissima, Caesarea et Catholica Maiestas et Domine Domine mihi clementissime. Rediens a Sacratissima Maiestate Vestra Reverendus Joannes Dantiscus, Episcopus Culmensis, reddidit mihi gratiae in me plenas Sacrae Maiestatis Vestrae litteras, et ea quae mihi referri Sacra Maiestas Vestra illi iniunxit ad hunc modum in compendio exposuit. Quod imprimis pro ea quam Sacra Maiestas Vestra de me concepisset fiducia, proque eo affectu et propensione qua olim praeclarissimae memoriae Divi Maximiliani Caesaris et Serenissimi fratris Sacrae Maiestatis Vestrae, Romanorum Regis, res et negocia prosecutus fuerim semper, atque etiam pro eo munere, quo apud Serenissimum Poloniae Regem, dominum meum clementissimum, fungor mecum reputarem. Quibus in angustiis et discriminibus respublica versaretur, quae maxime christianorum omnium consensum et coniunctionem hoc potissimum tempore exposceret, hortatus est itaque me nomine Sacratissimae Maiestatis Vestrae ut quantum possem mutuum illum amorem et benevolentiam quae est inter Sacram Maiestatem Vestram et serenissimum dominum meum opera mea sedulo firmiorem et auctiorem redderem. Atque rebus fratris sui, Serenissimi domini Romanorum Regis, domini mihi clementissimi, quoad eius a me fieri posset apud serenissimum dominum meum faverem et adessem perpendere apud me utrum magis rebus christianis expediret quod communis omnium hostis Thurca cum illis qui se ei ultro addixerunt Hungariae Regnum, unde christianus orbis nunquam esset securus, haberet, an ille qui omnium iure atque eciam ratione coniugis suae ad illud legitime sit assumptus, quique hoc Regnum validius quam quispiam alius contra tyrannidem Thurcae tueri et quem Sacra Maiestas Vestra, veluti fratrem suum germanum, nunquam deserere posset, ob quem eciam in ea christianitatis parte conservandum facilius concilium generale, hiis temporibus summopere necessarium, est futurum. In quo, primum dissidiis religionis sopitis, communi omnium christianorum consensu contra christiani no-

minis hostes generalis fieret expeditio, Graeciaque et alia occupata Regna ex faucibus truculenti istiusmodi tyranni eriperetur; quae tam pio et necessario negotio Sacra Maiestas Vestra nunquam esset defutura. Com-monuit me igitur idem dominus Episcopus Culmensis nomine Sacratissi-mae Maiestatis Vestrae uti huic tam expedienti negotio et proposito pro mea apud serenissimum dominum meum auctoritate efficerer, illudque commendatum haberem, offerens mihi Sacrae Maiestatis Vestrae, ubi illa mihi existimacionis et honoris mei accessionem ferre posset, gratiam et clementiam suam copiosam. Haec quum ipse dominus Episcopus mihi nomine Sacratissimae Maiestatis Vestrae, tum etiam litterarum confirma-cione praeditus, retulisset, scribi nequit quanto affectus sum gaudio cum ex ipsis litteris Sacratissimae Maiestatis Vestrae tum ex eo quo tantum mihi Sacratissima Maiestas Vestra pro sua in me gracia tribuit, futurum sperans me in rem christianam prestare multa posse. Habeo proinde Sacrae Maiestati Vestrae quas mea exiguitas potest gratias; obsecuturus, quantum per me fieri poterit, mandatis Sacratissimae Maiestatis Vestrae; curavique id sedulo, quemadmodum et Serenissimus Romanorum Rex, dominus mihi clementissimus, testabitur, quod mutuum amorem et bene-volenciae conservanciam inter Sacratissimam Maiestatem Vestram et eundem Serenissimum Dominum, Romanorum Regem, atque serenissi-mum dominum meum spectat, curaturusque idipsum sum semper; neque unquam defui quantum per temporis et tractatus qui se offerebant oc-casionem licuit rebus et commodis Serenissimi Domini Romanorum Regis numquam etiam defuturus idem et qui rem christianam concernebant effeci non gravatae sedulo et ad hanc clementem Sacrae Maiestatis Ves-trae admonicionem, quae adeo mihi grata fuit ut nunquam fuerit gravior. Sic meo Deo duce exhibebo quantum in facultate mea erit ut nihil a me desyderari possit quod ad boni Sacrae Maiestatis Vestrae servitoris offi-cium et debitum spectabit, offerens me in omnibus Sacrae Maiestati Vestrae quociens id a me requisiverit non secus atque Serenissimo Domino Poloniae Regi, domino meo clementissimo, qui non vulgariter amat et observat Sacram Maiestatem Vestram obsequentissimum. Cui me humiliter et ex animo cum omni eo quod possum commendo. Christus Dominus Noster tribuat Sacrae Maiestati Vestrae contra omnes suos hostes gloriosam victoriam eandemque quam diutissime sospitet et pros-peret in omnibus. Datum Cracoviae, quinta die mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Secundo ^{a)}.

Vestrae Sacrae Catholicae et Caesareae Maiestatis humilis servitor.

Cristoforus de Szydłowiec castellanus et capitaneus Cracoviensis atque Regni Poloniae cancellarius, manu sua ^{b)}.

In dorso: Sacratissimae Caesareae et Catholicae Maiestati et Domino Domino meo clementissimo.

Manu recentiori: Poloniae. Caesari. Cancellarii Poloniae 5 Septem-bris 1532.

a) *Abhinc manu propria Christophori de S.*
b) *in ms. abbreviatum: Cristoforus de. S. cast.*

et. c. crac. at. r. p. canc. ma sua. *Hucus-que manu propria*

Cracoviae 3.IX.1532.

*Ioannes [Dantiscus] episcopus Culmensis
ad Carolum V imperatorem
quomodo in Poloniam rediit, litteras imperatoris reddidit, omnes erga eum
obsequentes invenit.*

(Lat., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 222.

Sacratissima, Caesarea et Catholica Maiestas, Domine et Domine Clementissime. Absolutus cum singulari Sacrae Maiestatis Vestrae gratia rebus fere omnibus ex sententia confertis, et magno Sacrae Maiestatis Vestrae munere, quod nunquam promerui, donatus, pro quo Sacrae Maiestati Vestrae quantum exiguitas mea potuit immortales habeo et habiturus sum gratias perpetuo. Huc sospes ad Serenissimum Dominum meum applicui, omnemque amorem eamque benivolentiam, qua Sacra Maiestas Vestra Serenissimum Dominum meum Regnumque et dominia eius prosequitur, diligenter exposui. Qua in re singulari affectus fuit gaudio et ad amandum atque observandum Sacram Maiestatem Vestram in dies factus propensior, effectitque quantum potuit citius, quod prius etiam tentaverat, id quod mihi Sacra Maiestas Vestra iniunxit ut navigatio subditis Sacrae Maiestatis Vestrae ex inferioribus Germaniae partibus, et praesertim Hollandis, esset libera, qui paulo antea magno navium numero pro colligendis frumentis et aliis quibus indigent portum Gdanensem ^{a)} Serenissimi Domini mei ingressi sine quovis impedimento redierunt. Litteras Sacrae Maiestatis Vestrae cum mandatis his apud Nos dominis quibus erant inscriptae reddidi, eaque cum illis egi omnia quae ad conciliandum Sacrae Maiestati alios, quos alias offendi promptissimos et quae in rem et decorum Sacrae Maiestatis Vestrae atque Serenissimi Romanorum Regis expedire videbantur; neminem ex illis inveniebam qui se non in omnibus, non secus atque ipso serenissimo domino meo, obsequentissimum exhibuisset; quemadmodum id quidam ex illis litteris suis ad Sacram Maiestatem Vestram datis iam testantur et aliis adhuc quos coram convenire nequivi testabuntur postea. Si qua alia in re Sacrae Maiestati Vestrae et Serenissimo Romanorum Regi usui esset et servire potuero, nihil est quam magis ex animo et libentissime sum factururus. Estque me habitura Sacra Maiestas Vestra, sicut in discessu a me postulavit, fidentem hic apud serenissimum Dominum meum et diligentem in omnibus servitorem, modo servitio meo uti dignabitur Sacra Maiestas Vestra. Cui me humillime commendo. Christus Dominus Noster Sacram Maiestatem Vestram contra omnes hostes suos faciat gloriose victorem, illamque quam diutissime sospitet et prosperet in omnibus.

Ex Cracovia, tertia die Septembris, Anno Domini MDXXXII. Sacratissimae, Caesareae et Catholicae Maiestatis humillimus servitor et capillanus ^{b)}. Ioannes, Episcopus Culmensis, Serenissimi Poloniae Regis consiliarus. Manu propria ^{c)}.

In dorso: Sacratissimae, Caesareae et Catholicae Maiestati, Domino et Domino meo clementissimo.

Manu recentiori: Polonia. Caesari. Episcopus Culmensis, 3 Septembris 1532.

a) Sic in ms.

b) sic in ms.

c) totum manu propria Dantisci

N. 15 bis.

s.l., s.d.

*[Dantiscus] regis Poloniae orator
[ad Carolum V imperatorem]
memoriale de rebus ducis Prussiae
(Lat. Orig.)
A.G.E. Estado Leg. 636 f. 223.*

Sacratissimam Maiestatem Vestram latere nolim, quod quum ad Serenissimum Dominum meum rediissem, quaesivit a me quid in negotio bani contra Illustrissimum ducem in Prussia nunc a Sacra Maiestate Vestra esset responsum, non potui dicere aliud quam quod Sacra Maiestas Vestra et ob malam valitudinem et ob alia magis ardua negocia huic tunc rei intendere non potuisset, sed ad Status Imperii remisisset, quorum mihi decretum expectare non erat integrum, meque ob id Cubicularium Serenitatis eius Ratisbonae reliquisse, qui et a Statibus Imperii, et a Sacra Maiestate Vestra, cum ad relationem meam, tum etiam ad litteras Serenitatis eius reportaret responsum. Retinuit me igitur hic Serenissimus Dominus meus quousque Cubicularius ille rediret, qui a Statibus Imperii nil retulit, a Sacratissima autem Maiestate Vestra litteras habuit, quae referunt, quod in re iustissima ea quae decreta sunt, mutari non debeant, nihilominus tamen partes suas Sacram Maiestatem Vestram interposituram apud partem adversam ut ab executione bani per biennium superseadeat. Quum autem adhuc non constat Sacram Maiestatem Vestram idipsum apud partem adversam transegisse, res pendet in dubio. Proinde ne qui interea fieret, quod novam in his periculosis temporibus excitare posset tragediam, pro mea summa fide et observantia erga Sacram Maiestatem Vestram humillime supplico velit clarius ea in re mentem suam Serenissimo Domino meo declarare quo non semper maneret ansa qua ^{a)} mutuum amorem et benevolentiam, quae est inter Sacram Maiestatem Vestram et Serenissimum Dominum meum, atque eam observantiam qua Serenissimus Dominus meus Sacram Maiestatem Vestram prosequitur, reddere possem in dies arctiorem. Quod si quippe praeter rationem istius bani contra subditos Serenissimi Domini mei terrarum Prussiae agi inciperetur, continuo subditorum Imperii Sacrae Maiestatis Vestrae apud nos cessaret commercium. Quantum inde Imperio accederet incommodis, quum ea ex regno et terris Serenissimi Domini mei non haberet quae educi solent, illi sensuri sunt, qui his egent. Et quum semper omnes conatus et studium meum intenderim, tocies, et tot annis apud Sacram Maiestatem Vestram existens orator, ut inter Sacrae Maiestatis Vestrae

et Serenissimi Regis mei subditos bona vicinitas et utrumque tranquillitas conservaretur, illas et ad praesens etiam summopere procurare cupio. Quae ut per gratiam et incomparabilem prudentiam Sacrae Maiestatis Vestrae maneat ^{b)} incorrupta, item atque item Sacram Maiestatem Vestram suppliciter supplico, cum me, cum servitiis et facultatibus meis, qualescumque illae sint, humillime commendo ^{c)}.

a) sic in ms.: recte « ut »

b) sic in ms.: recte « maneat »

c) totum manu propria Dantisci

N. 16.

Sandomiriae 10.VIII.1532.

Ioannes Comes de Tarnów [Tarnowski]

ad Carolum V imperatorem

ob litteras sibi missas gratias agit, equos dono mittit, regi Romanorum [Ferdinando] se assistere declarat.

(Lat., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 636. f. 225.

Sacratissima, Caesarea Maiestas, Domine Domine clementissime. Post demississime et subiectissime servitutis meae in gratiam Sacrae Maiestatis Vestrae perennem commendationem, hoc plane adiecit mihi animum quo in praesens Sacram Maiestatem Vestram, tam augustissimum orbis Monarcham, litteris hiis compellare, hocque munusculo fidem et exactam observantiam meam in Sacram Maiestatem Vestram testari non sum subveritus quod me nuper clemencius litteris suis per Reverendissimum Dominum Dantiscum, Antistitem Culmensensem, dignari reputaverit. Quamvis ego optabam perpetuo et quidem ardore incredibili hunc animum alioqui devotissimum Sacrae Maiestati Vestrae aliquando declaratum habere, sed usque adhuc occasio erepta fuit. Nunc quod solum praestare possum, supplex rogo Sacra Maiestas Vestra hos Thurcicum et tres cantherios castratos equos, exemplo illius pauperculae viduae evangelicae oera duo in Gasophilatium offerente, benigno clementique animo excipere ac non tam equos, munus sane hac celsitudine minime dignum, quam ardentissimam meam hanc voluntatem quam etiam Dii pluris faciunt quam grandes optimasque victimas metiri apud se dignetur. Quicquid vero sum ac in posterum fuero obsequio et ministerio meo, id omne dedico tradoque quibusvis usibus Sacrae Maiestatis Vestrae; paratus etiam hoc ipsum iugulo et sanguine, si res poposcerit, testificari. Quod vero cum Sacra Regia Romanorum, Bohemiae et Hungariae Maiestate, fratre suo desyderatissimo, contra hanc communem humani generis pestem faciunt, contendunt, moliuntur, omnes divos fortunare velim uti quam hoc pyum ac vere christianum opus et iste sanctissimus, firmus Sacrarum Maiestatum Vestrarum conatus tantis summisque orbis christiani fulturis dignus, auspiciatissime succedat, de inmanissimo hoste triumphent, laetasque Nobis omnibus victorias reportent Deum sedulo praecor. Hiis me et servitutem meam quantulumcumque Sacrae Maiestati

Vestrae aeternum adscriptissimam esse gestio. Quam Deus Optimus Maximus diu orbi sospitem et faustam in omnibus asservet et tueatur. Ex arce Sandomiriensi ad X Augusti, Anno Domini M^o D^o XXXII^o a).

Eiusdem Vestrae Sacratissimae Caesareae Magestatis humillimus servitor et mancipium Joannes, Comes in Tarnow Capitaneus Regni Poloniae etc. mp b).

Manu recentiori: Polonia. Caesari. Comititis de Tornou, X Augusti 1532.

In dorso, manu recentiori: Polonia. Caesari. Comititis de Tornou, X Augusti 1532.

a) *Abhinc manu propria*

b) *signum v. N. 2 nota b)*

N. 17.

Ratisbonae 17.III.1532.

Carolus V imperator

ad Sigismundum I regem Poloniae

de litteris regis 18 februarii deque promptitudine in negotia Hungariae inter Ferdinandum et adversarios componenda gratias agit, in conveniendo Patavii insistit.

(Lat., minuta).

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 226.

Regi Poloniae

Carolus etc. Serenissimo Principi etc. Ex litteris quas Serenitas Vestra die XVIII Februarii ad Nos dedit satis perspeximus quae de conventu Pataviensi per Nos indicto pro componendo negotio Ungarico inter Serenissimum Principem Dominum Ferdinandum Romanorum et Ungariae Regem, fratrem nostrum carissimum, et eius adversam partem ad Nos scribit eique gratia habemus a) tum pro diligentia tum pro singulari animi promptitudine qua in eo negotio hactenus praestitit et se praestaturam exhibet. Quod autem ad negotium attinet, tantum certe b) de Serenitatis Vestrae prudentia et integritate ac in Nos et Serenissimum fratrem nostrum animo ac voluntate Nobis pollicemur, ut nihil sit quod non uterque nostrum ei libentissime fidere velimus et cupiamus; nedum negotium hoc quod quomagis ad publicam quietem et tranquillitatem et totius Reipublicae christianae salutem, decorem et ornamentum spectat, eo diligentiori studio Serenitatem Vestram de eo acturam esse non dubitamus, et nisi ipsemet Serenissimi fratri nostri adversarius, tam litteris suis quam per Hyeronimum Laskum, eius ministrum, ultro obtulisset velle

se oratores ad Nos pro componendo eo dissidio mittere et nisi Pataviensis conventus ad id per Nos indictus esset, quam libentissime profecto annuissemus ut de eo apud Serenitatem Vestram et in eius Regno ageretur immo et eandem exhortaturi ^{c)} eramus ea in re ut partes suas interponeret; sed cum Nos adversae partis oblationibus persuasi eum conventum indixerimus in loco omnibus commodo et huic civitati vicino, ad eumque extemplo mandatarios nostros miserimus qui (ut satis omnibus perspicuum est) in ea urbe aliorum oratorum adventum praestolati sunt ^{d)}, et Serenitas Vestra suos oratores ad eum mittere annuerit, Nosque de eo Summum Pontificem omnesque prope Romani Imperii electores ac Principes monuerimus, atque idem Summus Pontifex suo Legato ^{e)} (qui apud Nos agit) auctoritatem miserit, ut in eo conventu quae ad publicam salutem expedire existimaret partes Suae Sanctitatis ageret. Ipsique ^{f)} electores ac principes qui propediem huc venturi sunt etiam ea in re pro communi utilitate suam operam navare intendant, coeteraque omnia quae ad componendum dissidium videntur convenire, ita disposita sint ut (modo pars adversa quae verbis pollicita est opere praestare voluerit, quod eam facturam non dubitamus) concordiam ^{g)} fieri posse speramus; si nunc de alio conventu, sive in Polonia sive alibi, ageretur negotium (quod publicae saluti minime expedit) protraheretur, indigne ferrent Romani Imperii Principes, quasi verba his data essent; indigne ferret Summus Pontifex, qui quam operam per suum legatum ^{h)} navare statuerat, mutato loco, praestare non posset; dignitas et auctoritas nostra laederentur, utpote qui aut parum diligenter rem tantam persperimus, ut quod prius statutum erat immutare necesse fuerit, aut eum negotium in quo totius reipublicae christianae salutem constitutam esse existimatur neglexeremus; tuncque vere Hieronimus Laskus quae dudum apud omnes prope christianos principes testatus est dominum suum concordiam hanc totam Nobis detulisse, Nosque eam neglexisse, facile persuadere posset. Quapropter, cum Nos, Hieronymi Laski et domini ⁱ⁾ sui verbis inducti, huiusmodi Pataviensem conventum indixerimus sintque ad eum finem disposita omnia quae sive Summi Pontificis et aliorum Principum indignatione nostraeque dignitatis offensione ac totius Reipublicae Christianae damno et incommodo immutari non possent, atque nullo in loco negotium hoc citius aut commodius componi valeat quam apud Nos et ipsum Serenissimum fratrem nostrum, ad quem res magis spectat, annuere certe non possemus ut alibi quam in Patavio aut, si ea civitas non placet, in alio loco huic vicino negotium transigatur; nam rationes quae pars adversa adducit quare nec Pataviensis nec alia civitas Germaniae ei placeat, si recte perpendantur, partim parvae admodum partim nullius momenti esse deprehenduntur. Ait imprimis dubitare se an conventus Ratisponensis ad quem Nos venturos polliceremur futurus esset an ab eo ^{j)} dubio liber esse poterit cum Nos non venire sed venisse audiet; ait praeterea sibi satis exploratum esse quam non sit tutum oratores suos in Germaniam mittere et quae cum Hieronymo Lasko nuper acta sunt, et fidem publicam quam pro suis oratoribus ad Nos mittendis dederamus in medium adducit; Nos certe ab eo nunquam postulavimus nec postulaturi eramus ut suos oratores pro componendo

negocio ad Nos mitteret, sed cum id ipse ultio obtulerit non videmus cur Germaniae loca nunc illi suspecta magis sint quam olim fuerant. Quod autem ad Hieronymum Laskum attinet dixit se velle ad Nos venire modo tum ^{k)} id illi et cum gratia et voluntate nostra ^{l)} facere liceret; annuimus et cumprimis audivimus eum apud Serenissimum Regem Romanorum esse, Nobisque in Gallia Belgica diutius quam statueramus manere necesse foret, ne dum ille ad Nos venit rursumque ad Dominum ^{m)} suum redit, negocium in longum protraheretur, scripsimus ut quae in mandatis habebat fratri nostro exponeret ut interea dum Nos huc venimus de negotio ageretur idque venientibus Nobis ^{mm)} citius confici ⁿ⁾ posset. Dixit se nihil in mandatis habere, tantum venisse ^{o)} ea de re ut nonnulla Nobiscum conferret, cum interrogaretur haberet mandatum ad dissidium componendum ingenue se non habere fassus est ^{p)}. Putavimus nos ^{q)} domini ^{r)} sui oratoribus ad Nos venturis fides publica mitteretur. Hinc Nos Pataviensem Conventum indiximus et fidem publicam pro oratoribus mittendis ita conscriptam misimus ^{s)} ut cuiusvis nedum Serenitatis Vestrae iudicio libenter committere velimus sufficiens fuerit necne. Quod autem Laskus parum decenter fuerit in Germania exceptus aut dimissus certe non videmus qua ratione Laskus de ea re conqueri aut non ei liberum venire et recedere fuisse dicere possit, cum diversum passim ab omnibus audiamus, quamquam satis ipse novit an suis verbis, actibus et scriptis causam dederit ut aliter cum eo ageretur ac actum sit. His autem ommissis, quae magis ad concitandos quam ad conciliandos animos facere videntur si pars adversa (uti Nobis saepius obtulit) oratores suos pro componendo hoc negotio vel Patavium vel ad quemcumque alium locum huic vicinum mittere voluerit eos nos, pro eo studio quo publicam salutem optamus, et excipimus libenter et ita ut decet tractabimus, rebusque nostris postpositis in hanc totis viribus atque animo incumbemus ^{t)}. Pollicemurque Serenissimum fratrem nostrum honestas pacis condiciones accepturum ^{u)}. Si autem eius pars adversa mutato consilio nec pacem inire nec suos oratores ad eam tractandam et firmandam mittere voluerit, malueritque publicam quietem turbare quam aequis conditionibus dissidium componere, satis perspicere poterit Serenitas Vestra Nos nec publicae saluti, tanquam Romanorum Imperator, nec Serenissimo fratri nostro germano, praeter sanguinis proximitatem tam arctis amicitiae vinculis. Nobis astricto, ullo pacto defuturos. Quae incommoda ut e medio tollantur Serenitatem Vestram rogamus ut ipsam partem adversam ^{v)} ad hanc concordiam mittendumque ad praedictum conventum oratores suos et honestas pacis condiciones amplectendas hortari, monere atque inducere velit; ipsaque Serenitas Vestra suos quoque oratores mittat ut eo facilius ac citius negocium absolvi et, Deo Optimo duce, componi valeat. Quae officia, ut erunt Reipublicae christianae utilia ita et Serenitati Vestrae honorifica, et Nobis maiorem in modum grata et Serenitatem Vestram, etc, Datum Ratisponae, die XVII Marcii, anno 1532.

In dorso: Polonia.

Manu recentiori: Ratisbona, 17 de marzo de 1532. Carlos Quinto al Rey de Polonia, para que haga que el Rey electo de Hungria asista por si o sus embajadores a la Dieta Pataviense, donde se arregla-

ran las desavenencias que tiene con el Rey de Romanos, pues de lo contrario el no puede faltar a su hermano.

- | | |
|---|--|
| a) <i>Verbum agimus expunctum, superscriptum: habemus</i> | mm) tanto <i>expunctum</i> |
| b) <i>verbum nobis expunctum</i> | n) <i>verbum absolvi expunctum, superscriptum confici</i> |
| c) <i>verbum rogaturi expunctum, superscriptum: exhortaturi</i> | o) <i>abhinc in margine</i> |
| d) <i>in hoc verbo aliquae litterae correctae</i> | p) <i>hucusque in margine</i> |
| e) <i>verba et Nuntio expuncta</i> | q) <i>super lineam, vix leguntur</i> |
| f) <i>minus clare scriptum</i> | r) <i>verbum Principis expunctum, superscriptum: Domini</i> |
| g) <i>hic verbum expunctum, non legitur</i> | s) <i>hic in margine adscripta sunt verba quae expuncta sunt: de hac re nobiscum fate- ret et de eo dissereret et interrogatus pla- ne confessus est mandatum componendi se non habere et instans preterea</i> |
| h) <i>verba ac nuntium expuncta</i> | t) <i>abhinc in margine</i> |
| i) <i>verbum Principis expunctum, superscrip- tum: Domini</i> | u) <i>hucusque in margine; in textu aliqua verba expuncta vix leguntur</i> |
| j) <i>verba a quo expuncta, superscripta: an ab eo</i> | v) <i>verba studio et diligentia expuncta</i> |
| k) <i>verbum tum super lineam additum</i> | |
| l) <i>verba ac tuto expuncta</i> | |
| m) <i>verbum Principem expunctum, superscrip- tum: Dominum</i> | |

N. 18.

s.l., s.d. [1532].

Carolus V imperator

ad « Principes »

de discrimine inter Ferdinandum regem Romanorum suosque adversarios de regno Hungariae, deque parte regis Poloniae in eadem re.

(Lat., minuta).

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 227.

Carolus, etc. Illustrissimi et Venerabiles Principes consanguinei carissimi. Quoniam audimus status Regni Hungariae ad diem duodecimum Martij convenire debere, fierique posset ut quae illi in eo conventu agent, quam Nos inter Serenissimum Regem Romanorum fratrem nostrum carissimum et eius adversam partem componere curamus ^{a)} pacem perturbent. potius quam iuvent, et propterea cupiamus ut is conventus cesset, quod Serenissimi Regis Poloniae et Illustrissimi Georgij Ducis Saxoniae opera facile fieri posse existimamus, Vos hortamur ut eis, vel eorum deputatis, omni studio ac diligentia exponatis quod cum Nos huius pacis stabiliendae provinciam susceperimus, de eaque in praesentia ita agatur ut facile speremus rem ad optatum finem venturam; fierique possit ut Hungarorum conventus huic tam sancto operi impedimento sit atque ipse conventus omnino inutilis sit quousque quod tandem in isthoc Pataviensi statuatur videamus; velint ipsi Principes, aut eorum deputati, tam apud ipsum Serenissimum Regem Romanorum quam apud eius adversam partem, ^{b)} omnibus artibus et suasionibus, ^{c)} efficere ut pro parte quisquis sua Hungaros ab eo conventu dehortetur suosque domi conti-

neat, ne ad eum conventum veniant quousque istius exitum videant. Quae Vos ^{d)} ita tractabitis et agetis ut negotium ex sententia nostra ^{e)} conficiatur, facturi rem Nobis maiorem in modum gratam. Datum, etc.

In dorso: Carolus etc.

a) Curamus: *lectio incerta*

b) *abhinc in margine*

c) *adhuc in margine*

d) *omni studio expunctum*

e) *sententia nostra: lectio incerta*

N. 19.

Ratisbonae 3.VII.1532.

*Carolus V imperator
ad Sigismundum I regem Poloniae
de dissidio ungarico*

(Lat., minuta)

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 228.

Regi Polonie

Carolus etc. Serenissimo etc. Legimus litteras Serenitatis Vestrae quas de dissidio Ungarico die XV junii ad nos dedit et exemplar quoque litterarum aduersarii Serenissimi Romanorum Regis fratris nostri Carissimi ad Serenitatem Vestram. Cuius de reipublice salute studium quemadmodum non possumus non vehementer probare, ita ad litteras predicti aduersarii respondere, in quibus multa falso asseuerantur, plurima preter Regum ac Principum morem jactantur, superuacaneum existimamus presertim cum eiusmodi sint, ut si ab ipsomet aduersario denuo legantur, quam multa deprehensurus sit quae reticere potius quam scribere uel ipso iudice opportuisset ^{a)} non tamen dissimulandum esse existimamus quod nunc de falso timore summi Pontificis nunc de obitu praeclaræ memoriae Regis Ludouici scribit, primum, ut quae Sua Sanctitas de jure Serenissimi fratris nostri melius instructa pro sua iustitia ac equitate facit, vano potius timori quam juri tribuatur, Alterum ^{b)} ut eorum culpam, qui regem in prelio deseruere, et qui Turcas in perniciem reipublice conciterunt in eos scilicet detinet, qui cum regem armis sumere vellent aliorum viribus invasi ad se suaque tutanda ea conuertere coacti sunt. Sed haec missa faciamus ^{c)}, maiora enim nunc agitantur animo quam ut ea libeat, aut vacet confutare; ad rem paucis respondebimus, quamquam ex eisdem litteris elicere poteramus, quam non habeat predictus aduersarius animus ad pacem propensum qui de ea se libenter agere velle scribit, modo id a nobis et Serenissimo fratre nostro serio agatur et nec ubi nec quando nec quibus modis id faciendum esse existimet usquam dedicat ^{d)}. Attamen ut Serenitati Vestrae et caeteris principibus christianis perspicuum sit, per nos non stare quemadmodum nunquam stetit quo minus haec pax et concordia ^{e)} fiat, denuo Serenitati Vestrae pollicemur nihil nos in

presentia magis cupere quam ut dissidium hoc reipublice perniciosum e medio tollatur ^{f)} et firmissima ac perpetua pax et concordia inter contententes firmetur et stabilatur, de eaque nos et Serenissimus frater noster serio atque ex animo agere velle, veluti haec serio, et ex animo dicimus ^{g)} quod Turcarum vires, aut minas vereamur, cum ita res nostras disposuerimus, ut fauente Deo Optimo Maximo cui eas ex animo comendauimus, rempublicam christianam ab eorum iugo nos seruatuuros speremus, sed quod perspiciamus, nihil esse adeo solidum ac firmum, quod non discordia dilabatur, nihil rursus tam fragile quod non concordia firmetur, et crescat. Agat igitur Serenitas Vestra in aduersa parte ut tanquam christianus, christianae reipublicae salutem privatis affectibus preferat et animum ad hanc pacem disponat, et videbit quam parum erit ^{h)} difficultatis in Serenissimo fratre nostro ad honestas pacis condiciones amplectendas, inducendo quod si forte nostra hac leuitate inductus et Turcarum presidio fretus maluerit bellum quam pacem et sua arma ⁱ⁾ sempiternorum hostium qui rempublicam vastent armis adiungere quam nostris eam qui ab eorum injuriis tueamur nos certe ^{j)} nec nostris copiis tum Italicis tum Germanicis nec Romani Imperii viribus ^{k)} reipublicae umquam defuturi sumus ^{l)}, quod si caeteri christiani principes quibus idem imminet periculum suos vires nostris adiungere voluerint, minori negotio res conficietur, sin minus prestabimus saltem ^{m)} nos quae omnipotenti Deo reipublicae christianae, nostrisque honori ac dignitati debemus, quae omnia Serenitatem Vestram latere noluimus, ut sciat nos ita propensos esse ad pacem, ut etiam paratissimi simus ad bellum ⁿ⁾ quemadmodum a Reverendo Joanne Dantisco Episcopo Culmensi eius oratore hec latius habitura est ^{o)}. Faxit optimus Deus, ut conatus nostri in illius gloriam et reipublicae salutem cedant, et ut Serenitas vestra diu ac feliciter regnat et valeat. Datum Ratisponae die iii mensis Iulii 1532 Imperii duodecimo.

In dorso, alia manu (Caroli V? v. supra N. 9 nota k))

La crainte du pape procedant de l'expugnation de Rome et prinse ^{p)} de sa personne soit excusée. La defaict et mort du Roi Loys, donst ^{q)} le jugement n'est tronp ^{r)} obscur, que par faulte de devoir et fedele observance en fut cause. Et qu'il est certain pour quoi le turc y vinct ^{s)}.

a) *Abhinc in margine*

b) *hic unum verbum ob labem non legitur*

c) *hucusque in margine*

d) *hic aliqua verba expuncta, viz leguntur... unde quid habeant... iudicare quis posset*

e) *hic verbum fieret expunctum*

f) *abhinc in margine*

g) *hucusque in margine*

h) *erit scriptum super lineam*

i) *armis hostium expunctum*

ii) *armis expunctum*

j) *abhinc in margine*

k) *hucusque in margine*

l) *hic expuncta verba: Immo ad eam defendendam preter Romani Imperii vires et Serenissimi fratris nostri vires, duos germa-*

norum militum legiones duodecim millia electissimorum equitum nostris stipendiis conscribi iussimus et omnes copias nostras ex Italis victoriis assuetas subtrahendas curamus eo animo ut si venerint hostes non vires tantum nostros sed ipsa corpora pro Dei gloria et reipublicae salute ipsis hostibus opponamus.

Hic in margine additum alia manu (Caroli V?): Avec toutes les forces et armes de l'empire.

m) *saltem super lineam*

n) *abhinc in margine*

o) *hucusque in margine*

p) *sic in ms.*

q) *sic in ms.*

r) *lectio incerta*

s) *vinet potest legi vint*

*Ioannes [Zapolya] rex Hungariae
ad Sigismundum I regem Poloniae
de dissidio cum Ferdinando rege Romanorum componendo.
(Lat., exemplar)
A.G.S. Estado Leg. 636 f. 229.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gratia Regi Poloniae Magno duci Lituaniae ac Russie tociusque Prussie etc. domino et heredi, affini tanquam patri nostri charissimo. Joannes eadem gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatiae etc. Marchio Moraue ac Lusacie etc. utriusque Slesie dux etc. salutem et prosperorum successuum continuum incrementum. Serenissime princeps, et tanquam frater noster charissime. Vigesima quinta presentis allate sunt ad nos litterae Maiestatis vestre quinta eiusdem date Cracouie, cum quibus accepimus una exemplum literarum Caroli Cesaris et Cardinalis Campeii legati ad Maiestatem vestram missarum simul et exemplum responsionis summi pontificis preposito Budensi et nuntio nostro facte. Que omnia clare intelleximus et libenter videmus hec coram vestra Maiestate versari que locupletissimus testis est omnium quae acta sunt a principio nostri regiminis inter nos et aduersarium nostrum. Fatetur Carolus Cesar nunquam postulasse nos nec postulaturos fuisse ut oratores nostros pro componenda pace ad eum mitteremus; fatemur autem et nos, et Maiestatem vestram in testem adducimus misisse sepe sepius et ad Maiestatem vestram Serenissimam et ad summum pontificem et ad ipsum Carolum et ad omnes pene christianos principes per quos rogauimus et obtestati sumus et Maiestatem vestram et illos ut interponerent se inter nos et aduersarium nostrum; qui nos iniuste legitimo regno nostro imo et patrimonio spoliare conatus est, quo huic bello tam perniciosissimo equis condicionibus finis imponeretur. Scimus Maiestatem vestram multos labores et impensos in hoc absumpsisse, quid tamen alii fecerint, Maiestas vestra perspicue intelligit. Nam Carolus ipse qui tanquam Romanorum Imperator ultro se ingerere debebat in componendo hoc calamitoso bello et reprimere autoritate fraterna aduersarii nostri in perniciem christianitatis immoderatam dominandi cupiditatem ^{a)}, qui non solum hec non fecit, verum et oratores nostros quos ad eum sepius misimus ad declarandum periculum christiane reipublice ex nostro dissidio imminens, ad declarandum iniurias oppresiones calumnias quas a fratre suo aduersario nostro passi sumus, ad rogandum ut ipse ex debito dignitatis sue huiusmodi rebus debitum et honestum finem imponeret, passus est ab aduersario nostro germano suo prohibere diuersis modis etiam detencione, ne oratores nostri ad se uenirent. Immo postremo spectabilem et magnificum Jeronimum de Lasko, Wayuodam nostrum transiluanum ad ipsum missum non solum non admisit ad se, verum ei per literas scripsit, quod satis mirabile videtur, ut ea quae ipse haberet, in mandatis a nobis, fratri suo aduersario nostro, ambienti vitam et regnum nostrum, exponeret; ad quem praedictus Wayuoda noster nec missus fuit, nec ullam legationem habuit; quod ipse indignum esse uti erat iudicans, re infecta coactus est ad nos redire ne

terendo tempus frustra, ut nos et se ludibrio exponeret. In quo se ostendit rem hungaricam et periculum christiane reipublice et jura nostra nolle ab alio quam ab aduersario nostro intelligere. Cui ut credere par est, ea tantummodo in hoc negotio adducit, que in rem suam conducunt, et adhuc gloriatur nos nunquam postulauisse de oratoribus nostris ad eum mittendis. Nos vero in hoc gloriamur oratores videlicet nostros sepius ut diximus pro componendo hoc negotio tam ad eum quam ad alios principes misisse, et in hoc credimus Maiestatem Vestram et omnes alios qui equi iudices rerum humanarum esse volunt iudicaturom plus christiane pietatis habere et quantum in se est christiane religioni satisfacisse illum qui ubique sollicitat; immo ^{b)} etiam apud illum qui merito in hac causa suspectus esse posset, quo a sanguinis effusione abstereretur quod eum qui scribit se nec postulasse unquam nec postulaturum fuisse in hac re quidquam a nobis; hiis autem omissis que magis ad concitandos quam ad conciliandos animos facere videntur, ubi ipse Carolus Maiestatem vestram hortatur unacum cardinale Campeio legato et Vestra Maiestas una cum Summo Pontifice nos ut denuo contenti essemus mittere oratores nostros cum pleno mandato uel ad ciuitatem Pataviensem vel si illa non placeat, ad aliam quamcumque ciuitatem Germanie, dummodo vicinam Ratisbone. Nos nunc quoque sicuti et alias, tum ob amorem christiane reipublice tum etiam ob respectum Vestre Maiestatis, hoc non grauate faceremus si possemus adduci ad credendum rem istam cordi esse serio illis quibus deberet esse, et non ut hactenus delecteremur pulchris uerbis et adduceremus rem nostram in aliquod maius discrimen ut constaret nobis aduersarium nostrum more solito non ostensurum nobis sub specie pacis bellum, sicuti tempore conuentus posnaniensis ^{c)} actum est. Nam nos teste potissimum Maiestate uestra nihil unquam ex animo magis optauimus neque nunc optamus quam pacem christiane reipublice et huius miseri et afflicti regni et patrie nostre. Cum autem hortatur nos Summus Pontifex ut oratoribus nostris ad tractatum pacis mittendis, daremus amplum mandatum stanti iudicio ac sententie Sanctitatis Sue in his rebus quorum difficultas impedisset conclusiones pacis, miramur profecto, cum Sanctitas Sua adeo sit terribita a Cesare Carolo et ei addicta ob huiusmodi timorem ut, ne eum offendet uel aduersarium nostrum fratrem eius nec ipse nec suus legatus audeat, nos uel in litteris uel in responsis Regem nominare, ac si Reges in Hungaria non assensu populi et impositione sacre corone sed forte solutione annate et Pontificis confirmatione crearentur; et eum aduersarium nostrum qui Regnum Hungarie inuasit ob impositam tamen perperam capiti suo coronam per nostros ei prelitam Regem appellat Hungarie. Nos qui sponte et rite electi et antea cum eadem corona legitime coronati sumus quem Sanctitas Sua ante euersionem ecclesie Dei per Cesarianos et detentionem persone sue pontificie ac sacri senatus et litteris et nuntiis merito quidem Regem scripsit et nominauit in gratiam uel potius ob timorem eorum non audet Sua Sanctitas aut eius legatus Regem Hungarie nominari; et cum ita se hec habeant miramur inquam quomodo Sua Sanctitas a nobis postulet ut eius iudicio et sentencie simpliciter stemus; preterea ubi Sanctitas Sua in gratiam forte aduersarii impingit nobis ut potentissimo imperatori Turcarum per Hungariam ac totius christianitatis vastitatem quantum in nobis fuit iter patefecissemus; profecto in hoc Sanctitas Sua nobis insignem iniuriam facit sine causa; si enim Sanctitas Sua recte et paterne rem librare voluerit, inueniet non nos, qui impares fuimus et sumus ad resistendum tam potentissimo principi apperuisse viam per Hungariam

ad vastitatem christianitatis, sed eos qui pacem christianam turbantes maluerunt omnes vires suas conuertere ^{d)} in tam eciam graui discrimine in viscera christiana, quam dare eas in auxilium bone memorie Serenissimo domino Ludouico Regi christiano et affini, et quem ad bellum suscipiendum cum potentissimo Imperatore Thurcarum, per quod infeliciter sine auxiliis gestum aperte sunt porte ad eiusmodi vastitatem, Sua Sanctitas potissimum et alii principes magnificis promissis perpenderunt. Nos autem quantum in nobis fuit ab initio suscepti regiminis in nulla alia re magis apud potentissimum Imperatorem laborauimus quin ut et nos et tota Respublica christiana quidem agere posset. In testimonium huius habemus litteras sue potentissime Maiestatis quibus offert omnibus pacem quicumque ab ea eam postulare et amici nobis esse voluerint. Illud autem non sine graui animi dolore legimus quod Sua Sanctitas arbitratur principum christianorum vires non solum non esse attritas verum adeo unitas ut quis potentissimo hosti resistere ^{e)} tamen possit. Dolemus enim ex animo Suam Sanctitatem et post tantam ruinam christianitatis ac sedis apostolice oppressionem, adhuc inniti illis inanibus uerbis qui forte christianitatem pro magna parte in hanc calamitatem adduxerunt. Huiusmodi enim verba scimus una etate et amplius in ore principum versantur: et tamen nec euersione Constanti[no] politani Imperii, neque in regni Bosnie occupatione, neque in Hungarie vastacione, neque in Austrie destructione iste vires, que iactantur, usquam uise sunt; et ratio preteriti scire futuri facit. Mallemus enim ut Sua Sanctitas et vestra Maiestas, quam per presentes quoque enixe rogamus uti alio modo inniteretur concordie et paci in quas nos semper propensissimi fuimus et sumus quam ut habere possimus omnibus periculis nos submittere decreuimus, iuvante nos Deo, qui non deserit sperantes in se. Honestas autem pacis condiciones semper optauimus et nunc optamus. Nam stante dissidio hoc inter nos quis poterit auertere potentissimum principem a suo proposito et quidquid in hoc futurum est rogamus Maiestatem uestram velit nos quamprimum facere certiores. Preterea que Maiestas vestra scribit ad nos de arcibus que Vestre Maiestati ac Illustrissimo principi Domino Georgio duci Saxonie in sequestrum nostro nomine erant concedite, faciemus assignabimusque personas quorum manibus arces predictae consignari debent. De labore autem et onere quod Maiestas vestra et illustrissimus princeps dominus Georgius in conseruatione illarum arcium habuerunt, gratias amplissimas habemus offerentes nos in maioribus tam Maiestati vestre quam Ill.^{mo} Domino Duci Saxonie et Maiestatem vestram felicissime valere et regnare ex animo optamus. Ex Ciuitate nostra Lippa sexto die mensis Maii, Anno Domini M^o D^o xxxii^o Regnorum vero nostro anno sexto.

Joannes Rex
manu propria.

In dorso: Exemplum litterarum regis Joannis.

Manu recentiori: Ungaria et Polonia Lipa 6 de mayo 1532 Juan Rey de Hungria al Rey de Polonia

a) cupiditatem additur in margine

b) in ms.: imno

c) posnaniensis sic in ms. forsitan possoniensis

d) convertere super lineam

e) in ms.: resisti

s.l., s.d. [1532].

[*Status imperii*][*ad Carolum V imperatorem*]*de rebus Prussiae, de margravio Alberto, de Ordine Teutonico, de iuribus imperii in Prussia.*

(Gall. exemplar.)

A.G.S. *Estado Leg.* 636 f. 230.

Sire, comme vostre Maiesté a fait bailler aux Electeurs, princes et estatz une requeste en laquelle l'orateur du Roy de polone a supplié a vostre maiesté que pleust a icelle non consentir que le ban imperial ayant esté impetré a la chambre imperiale par l'administrateur de l'office de hohemaistre en Prusse contre le marquis Albrecht engendre aucun mal aux manans en prusse. Sur laquelle requeste ledit administrateur a remonstré aux communs estatz tout le droit que l'ordre teutonicorum doit auoir au pays de Prusse, et mesmement qu'il a impetré ledit ban avec le presceu de uostre maiesté et par meure deliberation de ses seigneurs et amys et dudit ordre, suppliant que ledit ban ne fust haulcé ^{a)} ne a la requeste dudit orateur fust donné lieu, ains que pour recouurer ledit pays de prusse (au prouffit de l'ordre teutonicorum) l'on fist notable aide audit ordre etc. Si ont les Electeurs, princes et estats pesé a diligence ledit affaire et considerent qu'est fort griefuable et aussi dommaig[e]able a la reputation et superiorité de vostre maiesté de casser le ban imperial, ayant esté judicellement impetré a la chambre imperiale de vostre maiesté selon l'ordonnance de ladicte chambre; avec ce si considerent aussi les communs estats non moins estre griefuable que en ces perilleux temps et ceste dangereuse expedition contre le turc, mettre a execution ledit ban contre Prusse, veu que le Roy de polone se veult aussi mesler dudit affaire. Pour ce ont lesdicts communs estats considéré estre bon et ont fait besoigner avec ledict administrateur qu'il laisist suspendre l'execution dudit ban pour quelque temps et de consentir en aucuns commissaires lesquelz besoignissent aimablement oudit affaire, en luy remonstrant tout plain des raisonnables causes. Sur quoy ledit administrateur apres auoir eu beauc[u]p de besoignie en la suspension dudit ban, a paine a voulu consentir les trois mois, ce que les estats jugent estre en riens prouffitable a l'affaire. Pendant ce temps si a le Roy de Polone fait escrire aux electeurs, princes et estatz et leur fait remonstrer le droit qu'il pretend auoir au pays de Prusse les requerant que iceulx des estats voulsissent tenir la main vers vostre maiesté affin que le ban (qui pourrait donner occasion a tout plain de mal) fust totalement haulcé et cassé et que audit Roy et marquis soit restitué leur honneur et dignité etc., le tout selon le plus ample contenu desdites lettres royales. Puis doncques que les affaires sont ainsy disposez, que tout plain de mal et aduersité en pourroit suyuire si semble aux communs estats que vostre maiesté eust encores fait besoigner avec ledit administrateur qu'il consentist en aucuns commissaires lesquelz vostre maiesté y ordonneroit et qu'il voulsist permettre que le ban fust suspendu par l'espace de deux ans et que les ^{b)} commissaires s'enforment non seulement des deux parties ains aussi du

droit de l'empire affin que le pays de Prusse soit gardé auprès l'empire. Ce semble aux estats estre seruissable et prouffitabile a l'affaire; toutefois si veullent ilz ce tout remettre a la plus ample et clemente consideration de vostre dicte maiesté imperiale.

In dorso: Polonia.

Manu recentiori: Sobre el estado de Prusia que pertenecia al Marques Albrecho y ala orden Teutonica.

a) Haulcé - haussé

b) in ms.: le

N. 22

Viennae 29.I.1535.

Ferdinandus rex Romanorum

ad Carolum V imperatorem

Fabianum Dameraw consiliarium reginae Poloniae commendat.

(*Lat., orig., sig.*)

A.G.S. Estado Leg. 637 f. 18.

Serenissimo et potentissimo Principi et Domino, domino Carolo Romanorum Imperatori semper augusto ac Germanie Hispaniarum utriusque Sicilie Hierusalem Hungarie Dalmatie Croatie etc. Regi Archiduci Austrie Duci Burgundie etc. Comiti Habsburgi Flandrie et Tirolis etc. Fratri et Domino nostro charissimo. Ferdinandus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper augustus ac Germanie Hungarie Bohemie Dalmatie Croatie Sclauonie Rex Infans Hispaniarum Archidux Austrie Dux Burgundie etc. Comes Tirolis etc. Post continuum fraterni mutui amoris incrementum perpetuam obsequentis propensionem. Serenissime Princeps, Frater et Domine charissime.. Cum per litteras serenissimi Principis Domini Sigismundi Regis Polonie, magni ducis Lituaniae ac Russie Prusieque Fratris et Sororii nostri charissimi admoniti essemus serenitatis sue ac serenissime Domine Regine Polonie Sororis et consanguineae nostre charissime consiliarium et aulicum presentium exhibitorem Fabianum Dameraw in rebus suis ad dilectionem et Maiestatem vestram destinari committere, non potuimus quin illum alioqui ^{a)} futurum Maiestati vestre commendatissimum nostro quoque fauore et nomine Dilectioni et Maiestati vestre commendatiorem efficeremus. Quare eandem Dilectionem et Maiestatem vestram fraterno studio rogamus ut ipsum Fabianum gratiose audire et in iis, que apud eam uel ratione Principatus Barensis uel aliorum occasione agere habebit nostri et premissorum intuitu benigne expedire ac cum optato responso remittere dignetur, quod omni fraterno in eam amore et obsequio nostro promereri studebimus. Cum nos etiam obsequiose offerimus et commendamus. Datum in ciuitate nostra Vienna

die Vicesima nona Mensis Januarii, Anno Domini M.D.XXXV^{to} Regnorum nostrorum Romani quinto, Aliorum uero nono ^{b)}).

Caesareae Maiestatis Vestrae ^{c)}

humilis et obsequens frater

Ferdinandus manu propria

In dorso: Sacre Cesareae et Catholice Maiestati Fratri et Domino nostro charissimo.

Manu recentiori: Viena Enero a. 1535. Ferdinando recomienda la creencia de Faviano Dameraw enviado de la reyna de Polonia. Esta dentro la carta de creencia de la Reyna.

a) Alioqui: sic in ms.

b) *abhinc manu propria Ferdinandi regis*

c) in ms.: C.M.V.

N. 23.

Vilnae 6.XII.1534.

Bona regina Poloniae

ad Carolum V imperatorem

Fabianum Dameraw aulicum suum oratorem in « certis negotiis » accreditat.

(*Lat., orig., sig.*)

A.G.S. Estado Leg. 637 f. 19.

Serenissimo et excellentissimo Principi et domino domino Carolo diuina fauente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germanie Hispaniarum utriusque Sicilie, Jerusalem etc. Regi, Archiduci Austrie, Duci Burgundie, Brabancie, comiti Flandrie Thirolis etc. fratri et consanguineo charissimo ac honorando, Bona Dei gratia Regina Polonie magna dux Lithuanie, Russie totiusque Prussie Bari princeps Rossani Masouie Samogithie etc. domina Salutem et felicissimos successus, nostrique mutui amoris continuum incrementum. Illustrissime et excellentissime princeps, domine, frater et consanguinee noster charissime ac honorande, Mittimus ad sacram Maiestatem vestram hunc nobilem Fabianum Dameraw aulicum nostrum fidelem dilectum, cui dedimus in mandatis ut Sacram Maiestatem vestram nostro nomine inuiseret coram et salutaret, nostrumque studium et affectum erga illam declararet; commisimus etiam illi nonnulla negocia nostra sacre Maiestati vestre oretenus explicare. Rogamus impense dignetur illum benigne audire, ac nostris verbis presertim iusta petentem clementer exaudire. Quod nos omni propensione et benevolentie officio studebimus referre eidem Sacre Maiestati

vestre, Que ut diuturne et felicissime imperet vehementer optamus.
Datum Vilne die VI mensis Decembris MCXXXIV ^{a)}).

Eiusdem Maiestatis V. tanquam soror Bona regina ^{b)}).

In dorso: Serenissimo et excellentissimo Principi et domino domino Carolo diuina fauente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto ac Germaniae Hispaniarum utriusque Siciliae Jerusalem etc. Regi Archiduci Austriae Duci Burgundiae Brabantiae comiti Flandriae Thirolis etc. fratri et consanguineo Char.mo ac honorando.

Manu recentiori: Vilnae a. 1534 Creencia de Faviano Dameraw por la Reyna de Polonia.

a) *Abhinc manu propria Bonae*

b) *hic signum peculiare (vide N. 2 nota b)
hucusque manu propria*

N. 24.

Viennae 19 et 20.X.1538.

Cardinalis de Trento

ad Lope de Soria

*de d.r., i.a. de matrimonio Ioannis [Zapolyae] regis Hungariae
cum filia [Sigismundi I] regis Poloniae.*

(Hisp., exemplar)

A.G.S. Estado Leg. 637 f. 90.

.....
Por letras del Cardenal de Trento al dicho don Lope (de Soria), hechas en Viena a XIX y XX del dicho octubre (1538).

El Turco, despues de haber hechado el moldavo y puesto otro en aquel estado, se es partido para Costantinopoli con su exercito; y que los turcos no an quemado ni hecho los daños acostumbrados en aquella provincia.

.....
Haviendose platicado muchos dias ha el matrimonio entre el Rey Juan y una hija del Rey de Polonia de la presente su muger, se es concluso y se hara el esposorio a Santo Martino proximo, e Jeronimo Lasco va a conducir la espossa al marido con 1200 de cavallo.

Si por suerte viniesse a vuestras orejas una cierta fama vulgar que el dicho Rey Juan se hoviesse concertado con el Turco, no le dareys fe; porque el fundamento de tal nueba a nacido por causa de haver el dicho Rey de sus pueblos CCC mill ducados, dando antender a sus vasallos que con tal suma de dineros se pacificara con el Turco y cobrarya la Sirinya;

la qual cosa a seydo todo ficcion considerada para haver los dichos dineros, para poder deffenderse del Turco en todo successo.

.

In dorso: Ungria. Nuevas de Ungria que embia don Lope de Soria.

N. 25.

s.l., s.d. [1538].

Ignotus

ad ignotos (avviso)

relatio de rebus Moldaviae, Turciae et Poloniae.

(Hisp., exemplar).

A.G.S. Estado Leg. 637 f. 92.

Relacion de las cosas de Moldavya y Hungria. Reffieresse que havendo el Turco con poca difficultad ocupado todo el Reyno de Moldavia, y hechado d'el huyendo al Bayvoda de alli llamado Pedro, el qual es hijo bastardo del Bayvoda Esteban defunto, puso en lugar suyo a otro hijo legitimo del dicho Esteban, llamado Xander, criado en su corte, donde el padre lo havya dexado. Todos los principales de Moldavia se pusieron luego debaxo de la obediencia del Turco, y el les mando obedescer al dicho Xander, dexandole un governador turco llamado Nuhalbzoroyth (y dizise que el mesmo Xander es tan buen turco como su governador).

El Bayvoda Pedro, viendose en estrecho, no queriendo seguir el consejo que se le dava de retirarse con su exercito a los confines de Transilvania, se fue a las montañas de Marmarux, adonde los suyos no solamente lo desmanpararon, aunque eran al pie de L mill ^{a)}, pero le robaron y quisieron poner las manos en el, si no huyesse con dos o tres de cavallo, y assi se fue huyendo a un castillo fuera del Reyno de Moldavya que es en Transilvania, llamado Quiquel, adonde es fama que tenia su tessoro; lo qual sabido por el Rey Juan de Ungria embio sobre el a Fray George su thesorero con XII mill hombres con intencion de prenderlo para presentarlo al Turco. Y andando en tratos de esto y de haver el castillo para si, el alfide del, con buenas palabras admittio a los que hyvan a tratar de parte de Frey George, y despues que los tubo dentro embiole a dezir que se fuesse con su gente, si no que los colgaria de las almenas.

Que el Rey Juan se compuso con el Turco por CCC mill ^{a)} ducados, los quales piensa sacar de los Transilvanos so color que la tal compusicion se hazia por amor dellos porque no los destruyesse. Item que el Turco dixo al solicitador del dicho Rey estas palabras: « Di a tu señor que yo estava determinado de yr a romper una cadena con que me dizen estar ligados el Rey de Romanos y el, mas pues tanto se me justifica le quiero dexar por agora y que mire y se acuerde de los beneficios que de mi a recebido, porque puesto que nuestra ffe sea diferente nuestro Dios es

uno muy perseguidor y enemigo de los yngratos, el qual no le dexara sin castigo, ya que no le aya de mi espada; y que los CCC mill ducados que me ofrece, por hazerle plazer, huelgo de recibirlos ».

Partiose el Turco con todo su exercito de Moldavya a II de ottubre, dexando a Mahemettes con XX mill cavallos para hyr a correr Esclavonia y las otras provincias comarcanas, y mando al Bayvoda Xander que fuesse buen vezino del Rey de Polonia y del Rey Juan, y diz que le dexo CCC mill turcos que le acompañassen; pero los valacos, mal contentos de tal compañía, le requirieron que no los tubiesse consigo, y el no queriendo fazerlo, diz que los mataron todos.

Sabesse que despues de partido el Turco embio un embaxador o mensagero al Rey Juan; crehesse que para cobrar los ducados dela commoscion.

In dorso, manu recentiori: Relacion de nuebas de Moldavya y Hungria 1538.

a) *signum speciale* « Calderon » = 1.000

N. 26.

Cracoviae 28.I.1540.

*Bona regina Poloniae
ad Franciscum de Covos
commendat Ioannem Ocieski, quem Carolo V imperatori misit.
(Lat., orig., sigil.)
A.G.S. Estado Leg. 638 f. 1.*

Bona Dei gratia Regina Poloniae magna dux Lithuaniae Russiae totiusque Prussiae Bari Princeps Rossani Masouiae etc. domina. Magnifice domine, Sincere nobis dilecte. Miseramus iampridem in Germaniam tres quadragenarios sabellorum .s. ^{a)} tuae offerendorum. Sperabamus enim suae Caesareae et catholice Maiestatis fratris nostri honorandi celeriore isthuc aduentum. Quum autem iam tandem Maestas sua isthuc bonis auspiciis venit commodum existimauimus illius Caesaream Maiestatem hoc agente nostro Generoso Joanne Ocieski aulico nostro inuisere coram et salutare; per quem sabellos ipsos mittimus .s. ^{a)} tuae quos grato animo a nobis accipere. Et hunc agentem nostrum apud Caesaream Maiestatem adiuuare velit in negociis nostris quae ex eo plenius cognoscet, cui omnem adhibeat fidem. Et operam det ut negocia nostra ex voto desiderioque nostro expediantur rem factura nobis pergratam fauore nostro compensanda. Datum Cracouiae die XXVIII mensis Januarii M^o D^o XXXX^o ^{b)}.

Bona regina ^{c)}.

In dorso: Magnifico domino Francisco de Covos Legionis Hispaniae equitum diui Jacobi commendatori .S. Caesareae et catholicae Maiestatis Primario Secretario et Consiliario sincere nobis dilecto.

Manu recentiori: Cracovia 28 de enero 1540 al Comendator Maior de la Reyna de Polonia respondida que le enbio las martas que favoresca a su agente.

Alia manu: Cracovia Alemania.

a) *Sic in ms.* (senioritas?)

b) *abhinc manu propria*

c) *hic. signum* (v. N. 2, nota b); *hucusque manu propria*

N. 27.

Gandaviae, s.d., III.1540.

Laschi [*Łaski Hieronymus*]

relatio de rebus nomine Ferdinandi, regis Romanorum apud Turcos actis.

(*Hisp. Habetur huius relationis summarium abbreviatum v. N. 28*)

A.G.S. Estado Leg. 638 f. 6.

La causa de my jornada dy a entender al Turco que era como yo no avia podido yr alla antes, segun el me avia llamado, el ynvierno passado, syn que la Magestad del Rey de Romanos my señor lo supiesse y consintiesse, y que avia tardado tanto porque en este medio a grandes ruegos y persuasiones tenia solicitado el dicho Rey para que Su Magestad bolviesse a concertarse con el. Lo qual aviendo alcançado, me fuy a Constantinopla muy alegre, adonde presente dones al dicho Turco de my mesmo en particular, y dixe que dava gracias a Dios que me avia sido dado ocasion de visitarle y verle, especialmente hallandole en flor, assy de salud como de todos sus negocios. El Turco començo a hablar en mis negocios y me echo culpa que no me avia acogido a el, syno al Rey.

Poloniae, Suprema Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae Masoviae etc. Salutem plurimam et perpetuam felicitatem precamur observantiamque ac debita offitia nostra in primis deferimus. Serenissime Princeps et Domine, Domine Frater et Consanguinee noster charissime et observande. Mittentes istuc cum litteris, certorum negotiorum causa, ad Magnificum Joannem Laurentium Pappacodam nostrum apud Serenissimam Caesaream et Catholicam Maiestatem Vestram oratorem; pro nostra debita erga eandem observantia et amore praetermittere nolimus, quin Maiestatis Vestrae Serenissimae sanitatem per eam occasionem inuiseremus. Itaque mandauimus eidem oratori nostro ut hoc officium nomine nostro impletet hoc est ut Maiestatem Vestram officiose et amanter verbis nostris salutaret, eique rectam ac diuturnam valetudinem et omnes felices successus a Domino Deo nostra ex parte optaret; quod etiam his literis nostris facimus. Et ut oratorem nostrum ea omnia copiosius referentem Maiestas Vestra audire eique fidem plenam habere vellet, ab eadem Maiestate Vestra diligenter postulamus, simulque illam rogamus, ut eundem oratorem nostrum, in negotiis quorum causa a nobis missus est, gratiose et clementer citoque expedire dignaretur. Quod Maiestatem Vestram pro sua erga nos gratia fraternoque amore et affectu facturam confidimus, cui iterum nos diligenter commendamus. Dominus Deus servet Maiestatem Vestram diutissime sanam et felicem ad totius Christianae Reipublicae incrementum et nostrum solatium. Datae Varsoviae VIII Julii Anno MDLIII ^{a)}. Eiusdem Maiestatis Vestrae Soror Bona Regina ^{b)}.

In dorso: Serenissimo Principi et Domino Domino Carolo V Divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto ac Germaniae, Hispaniarum utriusque Siciliae, Jerusalem etc. Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Comiti Flandriae et Tirolis etc., Domino Fratri et Consanguineo nostro charissimo et observando.

Manu rec.: Polonia. A Su Magestad 1554. La Reyna Bona de Polonia VIII de Julio M D L IIII.

a) abhinc manu propria Bonae

b) hic signum (ut in N. 2, nota b); hucusque manu propria

N. 43.

Bruzellis, 10.XI.1554.

Carolus V. imperator.

ad Bonam reginam Poloniae.

Pappacodam acceptat; I. B. Castaldum Marchionem Cassani commendat.

(Lat., minuta)

A.G.S Estado Leg. 649 f. 6.

Carolus Quintus Divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem etc., Dux Burgundiae, Brabantiae etc., Comes Flandriae et Tyrolis etc.,

Serenissimae Principi Dominae Bonae Reginae Poloniae, Magnae Duci Lituaniae etc., viduae, sorori et consanguineae nostrae charissimae salutem et fraterni amoris perpetuitatem. Serenissima Princeps Soror et consanguinea charissima. Cum iam honorabilis fidelis nobis dilectus Joannes Laurenctius Papacoda Serenitatis Vestrae apud nos orator, reditum suum ad Serenitatem Vestram instituerit, a nobis de omnibus rebus et negotiis Vestris, quae ad Serenitatem Vestram spectare videntur, praesertim autem de nostra erga Serenitatem Vestram singulari amicitia et benevolentia, quae illa tamquam de nobis optime meritum prossequimur, deque studio insuper et desiderio nostro, quo illi gratificari cupimus, sufficienter instructus discedat, supervacaneum esse duximus Serenitati Vestrae pluribus verbis ad ea quae nobis praeterita hac state ^{a)} scripsit respondere. Cumque Serenitas Vestra a praefato oratore suo et nobili nostro et Sacri Imperii fideli dilecto Joanne Baptista Castaldo Marchione Cassani (qui paucis ab hinc diebus ad Serenitatem Vestram profecturus est omnia et singula ore tenus accipere et intelligere poterit, nil aliud superest nisi Serenitatem Vestram recte valere, diuque felicem et incolumem vivere optare. Datum in oppido nostro Bruxellis ducatus Brabantiae die decima Novembris 1554, Imperii 35, Regnorum nostrorum XXXVIII. Vester bonus frater Carolus. Vargus.

In dorso: Alemania. A la Serenissima Reyna Bona de Polonia de Brussellas a X de Noviembre MDLIII.

a) sic in ms. pro « aestate. »

N. 44.

Varsaviae, 18.XI.1555.

*Bona regina Poloniae.
ad Carolum V imperatorem.
de intentione Italiam proficiscendi.
(Lat. et it., orig., sig.)
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 7.*

Serenissimo Principi ed Domino Domino Carolo Quinto, Divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem etc. Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Brabantiae etc., Comiti Flandriae, Tirolis etc., Fratri, Consanguineo, Affini et Domino Colendissimo. Bona Dei gratia Regina vidua Poloniae, Magna Dux Lithuaniae, Barique Princeps, Rossani, Russiae, Prussiae Masoviae etc. Domina, salutem et omne bonum omnemque felicitatem à Deo Optimo Maximo ex corde precatur. Serenissime Princeps et Domine, Frater Consanguinee, Affinis et Domine colendissime. Ritornando da Vostra Maestà Cesarea il presente illustre Don Giovanni d'Ayala suo Ambasciatore, anchora che à lui habbiamo commesso la risposta di quanto Vostra Maestà Cesarea si ha degnata li giorni a drieto col mezzo suo di scriverci et mandato à riferirci, non havemo voluto però lasciare per nostra maggior sodisfattione à non farnegli ancho noi, con questa parte-

colar risposta; onde con ogni debita riverenza salutandola primieramente et visitandola gli rendemo più che infinitissime gratie, tanto della visitatione fattane à nome di Vostra Maestà Cesarea per esso suo Ambasciatore, quanto del speciale pensiero have ella havuto di giovarne col potere et valer'suo per farne partire da questo Regno, et ridurne in Italia, come sapeva essere il disiderio et voler' nostro. Et benche detto suo Ambasciatore fusse arrivato à tempo che come con altre nostre habbiamo avisato Vostra Maestà Cesarea, molto inanzi era già conchiuso col Serenissimo Rè nostro figlio et con questi Signori Poloni del libero partir nostro per li Bagni, siamo non però rimasta sodisfattissima della spetiale et spontanea memoria ha di ciò tenuta Vostra Maestà Cesarea del che nostro Signor Dio ne gli doni degna mercede non essendo noi bastevole. Volontieri harebbemo ritenuto et menato con noi esso suo Ambasciator insino a Padova, conforme all'ordine datogli per Vostra Maestà Cesarea, et che per tutto tanto più fosse stato nota la grande affettione et benevolenza che per sua grazia essa Vostra Maestà Cesarea n'ha sempre portato et hora ne porta più che mai. Ma si per non dare sospetto alcuno ad esso Serenissimo nostro figlio, et à detti Signori Poloni, come che havendosi inteso la diliberatione fatta per Vostra Maestà Cesarea di passare in Spagna, il che si ben' da un canto ci ha piaciuto solo per il quieto et contentamento suo; ci è nonperò da l'altro molto incresciuto, dovendosi tanto più allontanare da noi, quando più pensavamo haverla di vicino, l'havemo voluto rimandare subito che fu ritornato da esso Serenissimo nostro figlio. Attalche prima che Vostra Maestà Cesarea si metti in cammino esso arrivi et possa, à nome nostro fargli non solamente riverenza et risposta, ma ancho per la molta affettione et divotione che sempre l'havemo portato et havuto, et che semo per portargli et haverli eternalmente, pregarla ad esser contenta ricomandare strettamente al Serenissimo Re suo figlio le cose et occorrenze nostre, et ad esserne in somma in quel modo gratioso che sempre n'è stato Vostra Maestà Cesarea, come non dubbitamo che lui, ne in questo, ne in altro, habbia da mancare di seguire et imitare li degni vestiggi paterni. Quando piacendo à Dio saremo gionta a Padova havemo deliberato mandare ad esso Serenissimo suo figlio un nostro oratore, si per fare la Maestà Sua tanto più certa della sincerità dell'animo nostro verso Lei, come ancho à pregarLa che havendo noi d'andare in quel suo Regno di Napoli, sia contenta farneci stare con quella riputatione che si conviene a para nostra et a sorella, et affectionatissima parente di Vostra Maestà Cesarea et sua, et che li fedeli et antichi serviggi nostri hanno meritato et meritano. Tenendo per fermo che essendo lui Principe graziosissimo ^{a)}, et liberalissimo à tutti, sarà ancho à noi, che in altro non havemo pensato, ne pensamo che di fare grati serviggi à Vostra Maestà Cesarea et à lui, come l'effetti l'han'dimostrato, et alla giornata dimostreranno. Et per non più fastidire Vostra Maestà Cesarea, facemo fine con pregare Iddio che tanto à lei, quanto à detto Serenissimo Suo figlio, doni tutta quella felicità et prosperi successi, che da ammendue esse Maestà si desidera et da noi si gli affetta. Di Varsovia il dì XVIII di Novembre del LV ^{b)}. Eiusdem Maiestatis Vestrae Caesareae Soror Bona Regina ^{c)}.

In dorso: Serenissimo Principi et Domino Domino Carolo Quinto Divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem etc Regi, Archiduci

Austriae, Duci Burgundiae, Brabantiae etc., Comiti Flandriae, Tirolis etc.,
Fratrī, Consanguineo, Affini et Domino nostro colendissimo.

Alia manu: Polonia Varsovia 18 de 9-bre 1555 De la Reyna Bona de
Polonia. Da las gracias por lo que habia hecho en su favor para que se
la permitiese volver a Italia.

- | | |
|--|--|
| a) in ms: gr - sissimo | anno 1555 scriptas esse; legendum est ergo |
| b) hic post numerum LV adest in ms. signum | LV non LVI. Abhinc manu propria Bonae. |
| terminale, quod etiam I legi potest. Attamen e nota dorsali apparet has litteras | c) hic signum (ut N. 2, nota b): hucusque manu propria |

N. 45.

Pragae, 15.VIII.1558.

*Ferdinandus [Archidux Austriae]
Philippo II Regi Hispaniae
Nicolaum Broniewski, militem polonum commendat.
(Lat., orig.)
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 123 y 124.*

Serenissime et potentissime Rex, Domine et patruelis charissime.
Amicis et paratis servitiis meis Regiae Serenitati Vestrae cum omni
promptitudine oblatis. Exposuit nobis humiliter praesentiarum exhibitor
Nicolaus Pronofsky, Polonus, nobili genere natus, se in bellicis quibusdam
expeditionibus Sacrae Romanorum Ceasareae Maestati Domino ac Parenti
nostro gratiosissimo adversus Turcas militasse, nunc vero animo statuuisse,
ad Serenitatem vestram Regiam proficisci, quo ab ea ad servitia militaria
suscipi et usurpari possit; demisse a nobis petens, ut illum apud Regiam
vestram hac in parte commendare dignemur: id quod ei ob honestum ac
laudabile ipsius institutum denegare sane non potuimus. Vestram itaque
Regiam Serenitatem amice rogamus, ut antedictum Nicolaum Pronofsky
in eo quod a Regia Serenitate vestra ut praefatum est, magno desiderio
impetrare cupit, ita clementer commendatum habeat, ut omnino sentiat,
hanc nostram commendationem ei plurimum profuisse. Id ipsum mutuis
benevolentiae obsequiis amice promerebimur. Atque Regiae Serenitati
Vestrae, cui nos amice ac studiose commendamus, victoriam et hostium
oppressionem optamus. Datae Pragae XV-a die Augusti Anno Domini
MDLVIII ^{a)}. Vestrae Regie Serenitatis bonus patruelis et servitor Ferdi-
nandus scripsi ^{b)}.

In dorso: Serenissimo et potentissimo Principi. Domino Philippo Regi
Hispaniarum, Angliae, Frantiae, et Neapolis, etc. fidei defensori. Domino
Hiberniae, etc. Domino ac patrueli nostro charissimo.

Manu rec.: Augusta 1558. A Su Magestad. Del archiduque Fernando,
a XV de Agosto, MDLVIII. En recomendacion de Nicolao Bronofski,

cavallero polaco, que vino a servir a Vuestra Magestad en esta jornada de guerra.

a) *abhinc manu propria Ferdinandi*

b) *scripsi abbreviatum: sc. Hucusque manu propria*

N. 46.

s.l. s.d. (1558?).

Nicolaus Broniewski, eques polonus

[Philippo II regi Hispaniae]

servitia sua militaria Carolo V. facta commemorat, seipsum iterum commendat.

(Lat., orig.)

A.G.S. Estado Leg. 649 f. 124.

Serenissime Princeps atque invictissime potentissimeque Rex, Domine Domine clementissime. Etsi Regia Vestra Maiestas ex litteris commendatitiis illustrissimi Principis ac Domini Domini Ferdinandi Archiducis Austriae domini mei clementissimi, quas Vestrae Maiestati Regiae debita reverentia humiliter offero, copiose non tam propaginem et familiam quam rerum pro aetate avorum exemplo, tam in bello quam in toga gestarum. Pro Vestrae Maiestatis Regiae innata clementia et plus quam regia benevolentia satis ac satis intelliget, ut etiam Regiam Vestram Maiestatem gravissimis Imperii negotiis devinctam, litteris praeterea impedire, perinopportunum sit. Vestra tamen Regia cum praeminentia, tum Maiestas, cum Austriaca domo summam humanitatem in audiendis et amplectendis exterarum nationum hominibus commune habeat, et ego mecum optime actum statuam, Vestram Regiam Maiestatem coram non sine magna admiratione audire meumque sine exceptione deferre studium. Non quod dubitem Vestram Maiestatem Regiam alias, et in gratiam Austriaci pro vestra inter nos innata arctitudine sanguinis, vinculo et animorum coniunctione ea clementia me suscepturam, ut quantum ponderis Ferdinandi absolutissimi ac Magnifici Principis commendationes habuerint, quivis facile intelligat: sed ut Vestrae Maiestati Regiae perhibeam occasionem per suos explorandi, qualem me et quam strenuum semper praestiterim sectatorem et cultorem domus Austriacae, non sine effusione sanguinis. Possum enim, Deo teste et eorum quibus non sine approbatione notus fui suffragio, fide bona adfirmare: me ab eo tempore, quo excessi ex ephaebis, maiorum meorum res cum laude ac praeclare gestas admirari et eorum vestigiis insistendum esse statui. Castra Invictissimi Imperatoris Caroli Quinti, Vestrae Maiestatis Regiae parentis, ante annos viginti tres aut ultra secutum sive in Germania, sive Ungaria aut Gallia bella gesserit. Quod facile Vestra Maiestas Regia ex his litteris a

Illustrissimo Archiduce Austriae mihi datis, intelligere potest. Nunc ex Suae Caesareae Maiestatis concessu ac permissione, ad Vestram Maiestatem Regiam cum octo equis, cum quibus Vestrae Maiestati Regiae commode servire possum, veni. Sed quod divino voluntate sic comparatum erat, cum tam longum iter non parvo sumptu confecerim, in itinere ipso, subito in morbum una cum familia mea incidi, ita quod servitiis Vestrae Regiae Maiestatis non praesto adesse potuerim. Vestram Maiestatem Regiam suppliciter, uti par est, rogo: siquidem per multos annos in expeditionibus bellicis iam eques, iam pedes, heroibus, Invictissimo Carolo Quinto parente Maiestatis Vestrae Regiae et Ferdinando, fratribus et imperatoribus maximis, repudiatis semper adversariorum stipendiis, inservierim et in eorum servitiis aetatem meam consumpserim, ut Vestra Maiestas Regia mei, ex nobilitate gentis Polonicae orti, servitiorumque meorum domui Austriacae a iuventute mea praestitorum, tum sumptus ac expensarum mearum rationem clementem habere; ac me, servitiisque meis, uti illaque commendata apud Vestram Regiam Maiestatem esse velit; minime dubitans me in rebus praeclare gerendis futurum eum qui esse debeo, et quem Vestra Maiestas Regia requisitura est. Vestrae Regiae Maiestati me tandem totum subiicio. Responsum Vestrae Maiestatis Regiae praeminentia dignum humilissime petens, Vestrae Maiestatis Regiae Domini mei clementissimi servitor humillimus, Nicolaus Broniewski, eques Polonus ^{a)}.

a) omnia una manu.

N. 47.

s.l. [1557?].

Ignotus

Ignoto

Nota de adventu legati Bonae reginae Poloniae ad Henricum II regem Galliae missi, deque feudis in regno Neapolitano.

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 649 f. 130.

Aquí es llegado un embaxador que la Reyna de Polonia embia al Rey Christianissimo nuestro sennor con çierto presente, y a suplicar por la confirmaçion de los privilegios conçedidos por Vuestra Magestad y sus predecesores en el Reyno de Napoles, por lo que toca a los estados que en el tiene. Y porque trae orden de besar a Vuestra Magestad la mano y suplicarle por una carta para el dicho Rey Christianissimo en recomendaçion de sus cosas, Vuestra Magestad vera quando sera servido darle audiençia, porque dize que no ha de ser mas largo que esto, y que querria passar presto a Ingalaterra.

s.l.VII.1558.

Ignotus

ad usum officii.

Relatio litterarum episcopi Aquilae (Alvarez della Quadra) de 3.VII.1558, de d.r., i.a. de feudo in regno Neapolitano.

(Hisp. Habetur originale, v. N. 53)

A.G.S. Estado Leg. 649, f. 159.

Relacion delas cartas del Obispo del Aguila de XIII y XVIII de Junio 1558, y III de Julio.

En la de III de Julio

Que el Emperador le refirio lo que los embaxadores de Polonia proponen sobre el Estado de Bari, y que el le respondio lo que le parescio, y que el Emperador quedo satisfecho, y scrive a Vuestra Magestad para ser el terçero en esta diferencia, y que estava algo quexoso de que se huviesse enagenado parte, estando puesto en justicia; pero que el dessea mas mill para Vuestra Magestad que uno para el Rey de Polonia, y assi le mando que lo scriviesse a Vuestra Magestad.

Bruxellis, 15.VII.1558.

Philippus II rex Hispaniae.

Episcopo Aquilae [Alvarez della Quadra]

de d.r., i.a. de « quaesitis legati Poloniae »

(Hisp. orig.)

A.G.S. Estado Leg. 649 f. 160.

El Rey

Quanto a las quejas del Embaxador del Rey de Polonia, fue bien satisfazer a Su Magestad Imperial, con lo que vos del negocio sabiades, que fue bien aproposito, y porque a mi me scrivio carta particular sobre ello, y le satisfago y respondo a todo como conviene, vos os podreis salir del negocio con remitiros a lo que yo le scrivo, sin entrar en otra discussion particular, porque assi es lo mejor ^{a)}. Pero no podra ir esto con este sino con otro o con el Conde de Luna ^{b)}.

Por despachar este correo de prissa a lo que arriba esta dicho, no se os ha podido embiar con el ninguna provision; hazerse ha con el primero.

.
De Brusselas a XV de Julio de MDLVIII.

Yo El Rey ^{c)}
G. Perez ^{c)}

In dorso: Al Reverendo in Christo Padre Obispo del Aguila.

a) *abhinc nota manu propria Philippi II*

b) *hucusque manu propria*

c) *haec manu propria*

N. 50.

Bruxellis, 21.V.1558.

Philippus II rex Hispaniae.

Episcopo Aquilae (Alvarez della Quadra)

*instructio de rebus agendis apud Ferdinandum I imperatorem i.a. de
intercessione regis Poloniae apud Turcam pro pace servanda.*

(Hisp., orig.)

A.G.S. Estado Leg. 649 f. 161.

El Rey. Instruction de lo que Vos, el Reverendo in Christo padre Obispo del Aguila aveis de dezir a la Magestad del Serenísimo Rey e Emperador, nuestro muy caro y muy amado tío, donde de presente os embiamos.

.
Sobre esto responden los Electores alabando el parescer de los subditos de Su Magestad como muy prudente, y conformandose con el en todo y exortando a Su Magestad a que por todas las vias que pudiere procure de aver esta paz con el Turco, ayudandose del favor e intercession del Rey de Polonia y de otros para con el, y que venga para ello en todas las condiciones que buenamente pudiere sufrir; solamente en el derribar el dicho fuerte de Ziguet no consienta en ninguna manera, por ser cosa que tanto importa a sus estados y a la Christiandad, como lo consideran muy bien los Ungaros a quien en esto se deve creer, por tener tan conosciada la importancia de aquel fuerte y de su sitio, añadiendo que si la paz no se puede conseguir procure de ser ayudado de los Principes Christianos para resistir a tan poderoso enemigo. Siendo, pues, esta cosa de tanto peso e importancia y queriendo yo satisfacer a la voluntad del Emperador como lo deseo hazer en todas las cosas, en darle mi parescer sobre ello me ha parescido hazerlo con persona propria y elegiros a Vos para ello, por la confianza que tengo de vuestra bondad, prudencia y suficiencia, y que os avreis en esto con la buena manera que soleis en las cosas que os encomendamos, y assi os encargamos que, despues de aver visitado a Su Magestad y hecho el cumplimiento que arriba esta dicho, digais a Su Magestad como yo he visto las condiciones que le

proponen sus embaxadores con las quales quiere el Turco venir a condiciones de paz y los paresçeres que le han embiado sus vassallos y subditos y el que sobre esto le dieron los Electores, y que yo holgara en gran manera de hallarme agora con mis fuerças tan enteras que las pudiera emplear con algun fructo en aquellas partes en beneficio publico de la Christiandad y particularmente de Su Magestad Imperial, por el grande amor que le tengo a el y a sus cosas, y sacarle de una vez de tan grandes trabajos y reprimir tanta insolencia como el Turco muestra en los puntos que ha propuesto a sus embaxadores; mas que estando mis negocios en el punto que Su Magestad tan bien y particularmente sabe veo claramente que no puedo en esta parte lo que querria, por donde conosciendo la poca forma que ay hoy en dia en la Christiandad para oponerse con las fuerças que serian necessarias a tan gran potencia como es la del Turco no me puedo apartar del prudente paresçer que sus subditos Ungaros, Bohemios y de Austria, cada uno por su parte, le han dado, ni de la aprovacion que dello han hecho los Electores, y tanto mas porque siguiendo este su paresçer los obliga a todos a que con tanta mayor razon conozcan ser obligados a favoresçerle y ayudarle en qualquier evento que pudiesse succeder desta negociacion guiada por su paresçer, y que assi deve buscar todas las vias posibles para concluir esta paz por el tiempo que proponen, usando de los medios e intercession del Rey de Polonia, si se halla que puede algo en ello, y de los que estan en credito cerca de la persona del Turco, assi la Sultana como los Baxanes, ganandolos por la via que ellos se suelen llevar, que es la del interesse, pues en esto no se puede gastar tanto que no sea mucho mas lo que en breve tiempo consume la guerra, y que a esta causa no se devria parar ni en la paga de los dos años de la pension, si los turcos en ello porfiassen despues de averles mostrado con la razon que no les es devida, ni tampoco en crescer la dicha pension no solo de cinco mill escudos, como proponen los Ungaros, pero aun de diez mill y mas, siendo este poco de interesse el mayor sello y firmeza de la paz; y que en lo de derribar el castillo de Ziguet, o perder plaça importante de su frontera, me remito assimismo a los que aconsejan a Su Magestad en esto, que ternan bien visto y reconocido el pais y la qualidad de aquello plaça y de las otras de la frontera que podrian pedir que se derribassen.

.

Partis de Brusselas a XXI dias del mes de Mayo de Mill quinientos cinquenta y ocho años.

Yo El Rey ^{a)}

G. Perez ^{a)}

Instruction para el Obispo de Aquila, 1ª.

a) *Manu propria*

Viennae, 3.VII.1558.

Episcopus Aquilae [Alvarez della Quadra]

Philippo II regi Hispaniae

de rebus actis in curia Ferdinandi I imperatoris, i.a. de legatorum regis

Poloniae querela de ducatu Barensi.

(Hisp. orig. sig.)

A.G.S. Estado Leg. 649 f. 169.

Sacra Catolica Real Magestad. Havra ocho dias que el Emperador me pidio la instruccion mia deste negocio principal y la tiene alla. Hoy me ha dicho que ya ha comencado a ver las escrituras todas de aquello y que antes que salga de Viena, que sera por toda esta semana, me dira lo que le parece, y que tenga por cierto Vuestra Magestad que todo lo que el podra por su servicio lo hara de muy buena gana. Con lo que me dixere despachare luego a Vuestra Magestad para que me mande lo que fuere servido que se haga, si antes no me lo embiare Vuestra Magestad a mandar, de manera que no sea menester aguardar. En esta hora embia Su Magestad un correo a Martin de Guzman para que si el Papa no le quisiere dar audiencia luego, se venga y le proteste que no falta por el que no se le de la obediencia solita.

Estos embaxadores del Rey de Polonia han dado grandes querellas sobre muchos cabos de lo que passa entre el fisco de Vuestra Magestad y el, por el estado de Bari, y Su Magestad me lo refirio largamente todo. Yo le respondi a ello lo que me parecio, aunque mal informado; pero quedo bien satisfecho, y con lo que le dixe ha mudado la forma del despacho y mandado escrevir a Vuestra Magestad solamente suplicandole sea contento que el, como tercero y medianero, pueda concertar esta diferencia, habiendo primero tenido alguna quexa de que no obstante que Vuestra Magestad havia comettido esto de justicia havia agenado casi todo el estado. Hame mandado que yo lo escriba a Vuestra Magestad, y ha querido quedar bien informado de lo que por descargo de Vuestra Magestad yo le dixe, para responder a los embaxadores de Polonia; y dize que Vuestra Magestad tenga por cierto que el querra mas para Vuestra Magestad mill que para el Rey de Polonia uno, y que assi lo escribiesse a Vuestra Magestad.

Nuestro Señor vida y estado de Vuestra Magestad guarde y prospere con acrecentamiento de mayores reynos y señorios, como los vasallos de Vuestra Magestad desseamos.

De Viena, III de Julio, 1558 ^{a)}.

Sacra Catolica Real Magestad, Vasallo y capellan de Vuestra Magestad. que sus reales manos besa. El obispo del Aguila ^{b)}.

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad del Rey nuestro señor.

In dorso, manu recentiori: A Su Magestad, del Obispo del Aguila, a III de Julio, 1558. Sacados los puntos, respondidas a 18 del mismo.

a) *Abhinc manu propria episcopi*

b) *hucusque manu propria*

s.l. 9.VII.1558.

Ignotus

ad usum officii

*abbreviatio relationis episcopi Aquilae [Alvarez della Quadra] de die 9
julii [1558] de querela de ducatu Barensi et de negotio pacis cum
Turco.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 649 f. 170.

Lo que scrive el Obispo del Aguila a IX de Julio, 1558.

.

Que por evitar sospechas (siendo ya acabado el negocio de la paz con el Turco) le ha mandado Su Magestad que entienda en lo que dizen los embaxadores de Polonia, y que eche fama que se detiene por esta causa. Que le mostraron las cartas y instrucciones de los de Polonia, por las quales parece que de alla de Bari scriven al Rey cosas contra el servicio de Vuestra Magestad muy falsas, que son las que incitan el Rey a lo que dize y haze.

.

Viennae, 31.VII.1558.

Episcopus Aquilae [Alvarez della Quadra]

ad Philippum II regem Hispaniae

de litteras quas misit « sobre el negocio del Rey de Polonia ».

(Hisp., orig., sig. cfr. N. 48)

A.G.S. Estado Leg. 649 f. 172.

Sacra Catolica Real Magestad.

A VIII deste, con una estaffetta que el Emperador despacho sobre el negocio del Rey de Polonia, di aviso a Vuestra Magestad de la respuesta que me havia dado en estotro que yo truxe a cargo, y de como no obstante aquella haviamos quedado en que se pensasse alguna forma para que, remediandose al inconveniente de perjudicar a su autoridad y al escandalo destos del Imperio, se hiziesse lo que Vuestra Magestad le pidia. Mandome llamar algunos dias despues y dixome como despues de pensado bien todo lo que havia en este negocio el no podia responder otra cosa que lo que se contenia en una instruction que me dio en respuesta de la que yo tengo de Vuestra Magestad, de la qual embio aqui la copia. Por ella vera Vuestra Magestad como se resolvia en no dar

agora el Privilegio, y lo demas que respondia, que es lo mismo que en la audiencia precedente me havia dicho, aunque no tan diffusamente. Tanto en aquella plattica como en la passada yo no mostre tener descontento, ni que le tendria Vuestra Magestad, de nada de lo que el hiziesse; pero no dexe con todo esto de dezirle con todo el mejor modo que pude en lo que me parecia que Su Magestad se apartava de su obligacion, que era en no cumplirla al tiempo que era obligado pidiendosele, y en limitar la commission para solamente quando Vuestra Magestad estuviesse en Italia. Y dixeles mas, que si los tantos impedimentos y escandalos que Su Magestad hallava eran assi con efecto yo no creya que con yr Vuestra Magestad a Italia cessarian y por consiguiente que havia lugar para hazer Su Magestad entonces lo que agora dexava de hazer, aunque lo tornava a prometer de nuevo; y que aunque yo no entendia replicar a Su Magestad, porque no tenia commission de hazerlo, Su Magestad podia juzgar quan diferente despacho era este que me dava del que yo pidia, ni podia llevar, siendo en derogacion de lo que por la cedula tiene Vuestra Magestad concedido; pero que todavia, si Su Magestad me mandava que yo lo llevase o embiasse, yo lo haria. Dixome que el lo tornaria a pensar mejor, y el dia siguiente se fue a caça. Antyer bolvio della y me dio audiencia. La resolucion que en summa ha tomado es que dara el Privilegio, pero quiere dos cosas: la una que se especifique en el que Vuestra Magestad sea su lugarteniente estando Vuestra Magestad en Italia y no mas; la otra que yo, en nombre de Vuestra Magestad, le prometta por una cedula que no usara Vuestra Magestad deste Privilegio sino quando el avisare que sea tiempo, porque en la dieta piensa introducir la plattica. En lo segundo yo no hize dificultad, aunque quisiera poner termino cierto; pero lo primero, de limitar la commission a lo que no se limita en la cedula que Vuestra Magestad tiene, yo no quise aprobarlo, ni entonces ni los otros dias que dello havemos hablado, aunque siempre Su Magestad ha estado en ello muy rezio, como se puede ver por lo que en su respuesta que me havia dado dizia. Respondile que pues Su Magestad me mandava dar cedula de que no usaria Vuestra Magestad desta commission sino con su licencia quando fuesse tiempo, me parecia que podia bien darme el Privilegio libre conforme a las cedulas que Vuestra Magestad tiene suya y advertir a Vuestra Magestad de los inconvenientes que a el le parece que hay en que Vuestra Magestad substituya a otri en su ausencia, y que yo creya cierto que Vuestra Magestad lo remediaría y le satisfaria con dar en ello tal medio que su autoridad y reputacion fuesse salva, y que mientras esto no se hazia a su satisfacion, el podria no dar a Vuestra Magestad la licencia que se requiere para usar del vicariato. Dixome que aunque el tenia a Vuestra Magestad por hijo y le amava tanto, que todavia los tiempos se podian mudar, y que el no queria tener que disputar y bastava que por cumplir su palabra passava por lo que le hizieron hazer por fuerça con tantos terredores; que en su vida le dio tanto trabajo negocio como le dio este quando le hizo, y otras muchas cosas desta suerte, resolviendose en que no podia hazerlo ni queria dar lugar a buscar medios. Yo, por no cansarle, haviendo hasta aqui negociado con Su Magestad sin darle pesadumbre, no quise apretarle mas. Assi quedamos en que sin rehusar ni otorgar yo nada me dixo que el me mandaria mostrar las minutas, y que si me parecian bien podria llevar el Privilegio conforme a ellas, y si no, las mismas minutas, para que, vistas por Vuestra Magestad se resolviesse en si tomaria el Privilegio

assi. Y me dixo que con lo uno o con lo otro le parecia que podia yr yo mismo. Yo, visto que Su Magestad va rehusando de que yo avise a Vuestra Magestad de lo que passa, por no aguardar replicas sobre este articulo de la sustitucion y de la ausencia de Vuestra Magestad, quise ayer embiar el correo que aqui tengo, y Su Magestad dixo que el queria escrevir y que no se partiesse sin sus cartas, todo por dar tiempo a que se acaben estas minutas y dezirme despues que me vaya yo con ellas. Yo por una parte he hecho lo que Su Magestad me mandava de detener el correo, y por otra he embiado un criado mio como que va a Italia, pareciendome el negocio digno desta diligencia, y que si agora se suelta la mano del, no se quando se podra bolver en estos terminos. Suplico a Vuestra Magestad sea servido mandar que con mucha diligencia se me embie la orden de lo que tengo de hazer, resolviendo estas dudas que aqui embio, porque yo procurare de entretenerme en examinar estas minutas, y en replicas hasta que venga la respuesta desta carta.

.
 Nuestro Señor vida y estado de Vuestra Magestad guarde y prospere por muy largos tiempos, con acrecentamiento de mayores reynos y señorios en su santo servicio, como los vassallos de Vuestra Magestad deseamos.

De Viena, ultimo de Julio, 1558.

Sacra Catolica Real Magestad ^{a)}. Beso las manos a Vuestra Magestad, su capellan y vassallo. El Obispo del Aguila ^{b)}.

In dorso: Ala Sacra Catolica Real Magestad del Rey nuestro señor.

In dorso, manu recentiori: A Su Magestad del Obispo del Aguila, a ultimo de Julio 1558. Sobre el vicariato. Respondidas a [...] ^{c)} de septiembre 1558.

a) *Abhinc manu propria episcopi*

b) *hucusque manu propria*

c) *omissum in ms.*

N. 54.

Viennae, 5.VIII.1558.

*Episcopus Aquilae [Alvarez della Quadra]
 ad Philippum II regem Hispaniae
 de d.r., i.a. de incursione Tartarorum in Poloniam.
 (Hisp., orig., sigil.)
 A.G.S. Estado Leg. 649 f. 173.*

Sacra Catolica Real Magestad.

.
 Los tartaros sobre tregua han hecho cierto daño al Rey de Polonia y tomadole mucha tierra.

.
De Viena a V de agosto 1558.

.
El Obispo del Aguila ^{a)}.

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad del Rey nuestro señor.

a) *Haec manu propria*

N. 55.

Augustae Vindelicorum, 17.VIII.1559.

*Ferdinandus I imperator
Philippo II regi Hispaniae
de bello a principe Moscoviae in Livoniam illato.
(Lat., orig., sig., vest.)
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 13.*

Ferdinandus Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc. Marchio Moraviae etc., Comes Tyrolis etc.. Serenissimo Principi Domino Philippo Regi Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem etc., Regi Catholico etc., Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc., Nepoti ac Fratri nostro charissimo salutem ac benevolentiae omnisque foelicitatis continuum ac perpetuum incrementum. Serenissime Princeps, Nepos ac Frater Charissime. Allatum est ad nos non sine animi nostri molestia, quod haud ita pridem Moscovitorum princeps perpetuus hostis Livonum cum quibus coniunctos fines habet, praetextu cuiusdam asserti census seu contributionis quam ex Episcopatu Derptensi exegit honorabilem Guilielmum Firstenberg ordinis Theutonicorum magistrum Principem devotum nobis dilectum eiusque militarem ordinem ac provincias Livonicas infestissimo Marte in diversis locis aggressus, postpositis honestissimis et aequissimis Christianissimisque conditionibus ex parte ipsius magistri ac ordinis oblatis, dictum episcopatum et caeteras illorum provincias non semel hostiliter ferro et flamma crudeliter ac misere vastavit, adeoque huiusmodi episcopatum et alia magistri et ordinis Livoniensis loca et munitiones oppugnavit, debellaverit et occupaverit, eo consilio ut totam quoque Livoniam in sua potestatem redigat, et a Sacro Romano Imperio divellat. Licet autem dictus Princeps noster una cum ordine suo militari ac statibus Livoniae sese hosti viriliter opposuerit, si quo modo beneficio Dei optimi maximi eius impetum sustinere atque reprimere, tantamque calamitatem a cervicibus miserorum illorum populorum Christianorum avertere posset, nihilque laboris, curarum, sumptuum et periculorum defugerit. Tamen quemadmodum Serenitas Vestra pro sua summa prudentia facile coniectura assequi potest, si vires et copiae

istae exiguae ac propriae magistri ipsius ac ordinis et subditorum suorum conferantur cum dicti Moscovitarum Principis ^{a)} maximi potentia, quod solus absque externo auxilio vim et impetum illius sustinere nedum retundere haud quaquam valeat. Quamobrem in hoc imperiali nostro conventu iisdem magistro et ordini ad illorum humiles et iustissimas preces pro defensione et conservatione Livoniae cui alias in partibus a Sacro Imperio remotioribus sitae nonnihil incommode succurri potest, per nos et Sacri Imperii Status ac Ordines commiseratione acceptae, calamitatis subsidium pecuniarium decretum est; ac praeterea visum fuit consultum et necessarium fore, ut dictus Moscovitarum Princeps inprimis a nobis per litteras moneretur et requireretur, ut ab inferendo bello dictis Magistro ac Ordini Livoniensi eorumque subditis, ut qui a Sacro Imperio tamquam eiusdem non vulgare membrum dependerent, sese plane continere, et quidquid locorum terrarum et subditorum illis ademisset integre restituere, adeoque illis in posterum nullam prorsus hostilitatem aut vim inferre vellet. Deinde si etiam Serenitatem Vestram et caeteros viciniore Reges ac Principes Christianos, ad quos magnitudo istius periculi aequae spectat, iterum amanter requireremus, ut et ipsi dictis magistro et ordini non solum pro beneficio et conservatione Livoniae et aliorum Christianorum populorum sed suarummet provinciarum Livoniae finitimarum incolumitate et quiete, omni consilio et auxilio suo pie et benevole assisterent; habita ratione, quod vires ipsius magistri ac ordinis suarumque ditionum, nec non subsidium illis in hoc imperiali conventu decretum ad sustinendum aut retundendum impetum memorati Moscovitarum Principis, si ulterius adhuc proruperit, minime sufficiant. Cum insuper Serenitas vestra facile intelligat si, quod Deus clementer avertere dignetur, hunc hostem potentiam suam latius extendere, ac ad Livonum excidium pergere adeoque eosdem infirmiores quam ut diutius resistere possint, a Sacro Imperio distrahere, ac suae potestati subicere, eaque demum occasione tractu illo Oceani Septemtrionalis una cum Livonia potiri contingat, quae mala et incommoda inde Serenitati Vestrae ac eiusdem regnis, provintiis et subditis, iis maxime qui in illis maribus regionibusque negotiationem exercent in dies expectanda erunt; neque enim fit verisimile hunc hostem provintiis Livonicis si eas subiugaverit neque mox repulsus fuerit, contentum fore, quin eo, suas cogitationes et consilia conversurum, ut oblata aliqua occasione etiam in Serenitatem Vestram et viciniore reges, principes ac populos Christianos arma capiat impetumque faciat. Verum si Livonia, quae Sacro Imperio caeterisque regnis et provintiis Christianitatis viciniorebus quasi murus et propugnaculum existit, Serenitatis Vestrae ac reliquorum regum et principum propinquiorum auxilio iuvabitur, ne in manus hostiles incidat, sed in potestate ac ditione Sacri Imperii retineatur conserveturque, non videtur ambigendum ipsam quoque Serenitatem Vestram et alios viciniore reges, principes populosque christianos cum eorundem regnis, provintiis et subditis eo tutiores et tranquilliores, omnique molestia et cura liberiores fore, quin princeps ipse Moscovitarum cognita istius modi concordia et auxiliorum coniunctione haud dubie movebitur, positis armis a sinistro suo instituto opprimendi Livonos desistat et ad tollerabiles et aequas conditiones pacis lubentius accedat. Quocirca Serenitatem Vestram amice et benevole hortamur, ut consideratis quas commemoravimus rationibus gravissimis et praesertim attento periculo Serenitati Vestrae ac caeteris propinquis regibus, principibus et populis ex interitu Livoniae impendente dictum principem nostrum magistrum Theutonici ordinis in Livonia ipsumque ordinem cum eorum sta-

tibus et subditis in praesenti eorum calamitate et angustia, suo consilio et auxilio, quae est Serenitatis Vestrae singularis pietas, non destituat, quin benevole contra hunc hostem iuvandum et defendendum haud gravatim suscipiat. Et praeterea diligenter perpendat ac deliberet quibus modis conatus isti hostiles Principis Moscovitarum non solum a Livonia verum etiam a caeteris regnis atque provinciis christianis commode averti queant, ac desuper una nobiscum mittendis litteris vel nunciis vel quascunque alias rationes ineat, quae ad rem recte gerendam utiles fore videbuntur; nosque demum de suo animo ac voluntate certiores reddat. Nos sane si quid amplius consilii sive auxilii pro soepedictae Livoniae tutela et conservatione in medium adferre et praestare poterimus, id equidem diligentissime alacriter et paterne clementerque procurabimus, neque iis quae a nobis praestare poterunt, ulla in parte Deo dante deerimus. Ea autem omnia, si Serenitas Vestra sicuti ab eius pietate, aequitate ac in rem christianam studio expectamus fecerit, in eiusdem quoque ac suorum regnorum, provinciarum et subditorum commodum et utilitatem tendent, eritque id Deo optimo maximo acceptum et universae reipublicae christianae admodum utile, nobis vero ac electoribus principibus ordinibusque Sacri Romani Imperii valde gratum opus, quod Serenitati Vestrae mutuis benevolentiae officiis sedulo compensare studebimus. Et cum his Serenitatem Vestram optime valere optamus. Datum in nostra imperiali civitate Augusta Vindelicorum die decima septima mensis Augusti, Anno Domini M.D.L.VIII. Regnorum nostrorum Romani XXVIII, aliorum vero XXXIII ^{b)}. Regiae Serenitatis Vestrae bonus frater et patruelis Ferdinandus ^{c)}. V. Seld ^{d)}. M. Singkhmoser ^{e)}.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Philippo Regi Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem etc., Regi Catholico etc. Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. nepoti ac fratri nostro charissimo.

Alia manu: Augusta 1559. A Su Magestad. Del Emperador a XVII de Agosto 1559. Sobre la guerra que el Principe delos Moscovitas avia movido al Maestre de Livonia. Sacada en relacion.

a) *In ms.:* Principes

b) *abhinc manu propria Ferdinandi*

c) *hucusque manu propria*

d) *manu propria*

e) *manu propria*

N. 56.

Viennae, 28.VII.1560.

*Ferdinandus I imperator
Philippo II regi Hispaniae
de bello Moscovitarum in Livonia.*

(*Lat., orig., sig. Habetur abbreviatus textus in lingua hisp. E. 650 f. 27*)
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 26.

Ferdinandus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croa-

tiae, Scлавoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Marchio Moraviae etc. Comes Tirolis etc. Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem etc., Regi Catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc., Nepoti ac Fratri nostro charissimo, salutem ac mutui amoris omnisque foelicitatis continuum et perpetuum incrementum. Serenissime Princeps Nepos et Frater noster charissime. Arbitramur Serenitatem Vestram non solum ex litteris nostris, quas superiore anno de hac re ad Serenitatem Vestram dederamus, sed ex aliis quoque locis abunde cognovisse, quae proximis hisce annis inter Moscovitarum Principem ac Venerabilem Principem nostrum honorabilesque et devotos nobis dilectos N. magistrum et ordinem Theutonum in Livonia acciderint, nempe quod idem Moscovitarum princeps, Livonum cum quibus coniunctos fines habet perpetuus hostis pretextu cuiusdam asserti census seu contributionis quam ex Episcopatu Derptensi exegit eundem Magistrum ac ordinem et provintias Livonicas infestissimo Marte in diversis locis aggressus, postpositis honestissimis et aequissimis, christianissimisque conditionibus ex parte ipsius Magistri ac ordinis oblati dictum Episcopatum et caeteras illorum provintias non semel hostiliter ferro et flamma crudeliter ac misere vastarit, adeoque huiusmodi Episcopatum et alia Magistri et Ordinis Livoniensis loca et munitiones oppugnarit, debellaverit et occupaverit, eo consilio ut totam quoque Livoniam in suam potestatem redigat, et a Sacro Romano Imperio divellat, licet autem dictus princeps noster una cum ordine suo militari ac statibus Livoniae sese hosti viliriter opposuerit, si quo modo beneficio Dei Optimi Maximi eius impetum sustinere atque reprimere, eamque calamitatem a cercivibus miserorum illorum populorum christianorum avertere posset, nihilque laborum, curarum, sumptuum et periculorum defugerit. Tamen quemadmodum Serenitas Vestra pro sua summa prudentia facile coniectura assequi potest, si vires et copiae istae exiguae ac propriae Magistri ipsius ac Ordinis et subditorum suorum conferantur cum dicti Moscovitarum Principis maximi potentia quod solus absque externo auxilio vim et impetum illius sustinere, nedum retundere haud quaquam valet. Quamobrem iisdem Magistro et Ordini in proximo conventu imperiali superiore anno 1559 Augustae Vindelicorum habito ad humiles et iustas eorum preces pro defensione et conservatione Livoniae cui alias in partibus a Sacro Imperio remotioribus sitae, nonnihil incommode succurri potest, per nos et Sacri Imperii status ac ordines commiseratione acceptae calamitatis subsidium pecuniarium decretum est; ac praeterea visum fuit consultum et necessarium fore, ut dictus Moschovitarum Princeps in primis a nobis per litteras moneretur et requireretur, ut ab inferendo bello dictis Magistro ac Ordini Livoniensi, eorumque subditis, ut qui a Sacro Imperio tamquam eiusdem non vulgare membrum dependerent, sese plane contineret, et quicquid locorum, terrarum et subditorum illis ademisset, integre restitueret, adeoque illis in posterum nullam prorsus hostilitatem aut vim inferret. Deinde ut etiam Serenitatem Vestram et ceteros viciniore reges ac principes christianos ad quos magnitudo istius periculi aequae spectat, iterum amanter requireremus ut et ipsi dictis Magistro et Ordini non solum pro beneficio et conservatione Livoniae et aliorum christianorum populorum sed suarummet provintiarum Livoniae finitimarum incolumitate et quiete auxilio et consilio suo pie et benevole assisterent. Etsi autem a dicto Moscovitarum Principe, nuncius noster, quem cum litteris in suprascriptam sententiam datis eo miseramus, post multos menses nunc

primum cum responso redierit, tamen responsum illud eiusmodi est quod ex eo colligere non possimus illum postulatis nostris locum daturum, et ab ulteriore infestatione Livonum cessaturum, sed potius suspicionem nostram prius conceptam auget illum omnes conatus ad opprimendum ac divellendum a ditione, fide et obedientia sacri Imperii eam provinciam deinceps quoque conversurum esse. Cum vero manifestum sit vires soepedicti Magistri ac Ordinis suarumque ditionum Livonicarum, necnon subsidium illis in imperiali conventu superioris anni decretum ad sustinendum et retundendum impetum memorati Moscovitarum Principis, si ulterius adhuc proruperit, minime sufficere, ac insuper Serenitas Vestra facile intelligat, si, quod Deus clementer avertere dignetur, hunc hostem potentiam suam latius extendere, ac ad Livonum excidium pergere adeoque eosdem infirmiores, quam ut diutius resistere possint, a Sacro Imperio distrahere, ac suae potestati subiicere, eaque demum occasione tractu illo Oceani Septentrionalis una cum Livonia potiri contingat, quae mala et incommoda inde Serenitati Vestrae, ac eiusdem regnis, provinciis et subditis, et iis maxime, qui in illis maribus regionibusque negotiationem exercent, in dies expectanda erunt; neque enim fit verisimile hunc hostem provinciis Livonicis, si eas subiugaverit, neque mox repulsus fuerit, exactiatum ^{a)} iri, quin eo suas cogitationes et consilia convectat, ut oblata aliqua occasione etiam in Serenitatem Vestram et alios viciniore reges, principes ac populos christianos arma capiat, impetumque faciat. Verum si Livonia, quae sacro Imperio caeterisque regnis et provinciis christianitatis viciniorebus quasi murus et propugnaculum existit, Serenitatis Vestrae ac reliquorum regum et principum propinquorum auxilio iuvabitur, ne in manus hostiles incidat, sed in potestate ac ditione Sacri Imperii retineatur conserveturque, non videtur ambigendum ipsam quoque Serenitatem Vestram, et alios viciniore reges, principes, populosque christianos cum eorundem regnis, provinciis et subditis eo tutiores et tranquilliores omnique molestia et cura liberiores fore, quin Princeps ipse Moscovitarum cognita istiusmodi concordia et auxiliorum conventionione, haud dubie movebitur, ut positis armis a sinistro suo instituto opprimendi Livonas ^{b)} desistat, et ad tollerabiles et aequas conditiones pacis lubentius accedat. Quocirca Serenitatem Vestram amice et benevole hortamur, ut consideratis, quas commemoravimus rationibus gravissimis et praesertim attento periculo Serenitati Vestrae, ac caeteris propinquis regibus principibus et populis ex interitu Livoniae impendente, dictum Principem nostrum Magistrum Theutonici ordinis in Livonia, ipsumque ordinem cum eorum statibus et subditis in praesenti calamitate et angustia suo consilio et auxilio quae est Serenitatis Vestrae singularis pietas, non destituat, quin benevole contra hunc hostem iuvandum et defendendum haud gravatim suscipiat. Et praeterea diligenter perpendat ac deliberet, quibus modis conatus isti hostiles Principis Moscovitarum non solum a Livonia, verum etiam a caeteris regnis atque provinciis christianis commode averti queant; ac desuper una nobiscum quasunque alias etiam rationes ineat, quae ad rem recte gerendam utiles fore videbuntur, nosque demum de suo animo ac voluntate certiores reddat. Nos sane, si quid amplius consilii sive auxilii pro soepedictae Livoniae tutela et conservatione in medium adferre et praestare poterimus, id equidem diligentissime alacriter et paterne clementerque procurabimus, neque iis, quae a nobis praestari poterunt ulla in parte Deo dante deerimus. Ea autem omnia, si Serenitas Vestra sicuti ab eius pietate, aequitate, ac in rem christianam studio expectamus, fecerit, in eiusdem quoque ac suorum regnorum pro-

vintiarum et subditorum commodum et utilitatem tendent; eritque id Deo Optimo Maximo acceptum et universae reipublicae christianae admodum utile, nobis vero ac electoribus principibus ordinibusque Sacri Romani Imperii valde gratum opus, quod Serenitati Vestrae mutuis benevolentiae officiis sedulo compensare studebimus, et cum his Serenitatem Vestram optime valere optamus. Datum in civitate nostra Vienna die XXVIII, mensis Julii Anno Domini MDLX regnorum nostrorum Romani XXX, aliorum vero XXXIIII ^{e)}.

Bonus frater et patruelis Ferdinandus ^{d)}.

V. Seld ^{e)}. M. Singkhmoser ^{f)}.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem etc., Regi Catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc., Nepoti ac Fratri nostro charissimo.

Alia manu: Viena a Su Magestad Sacada en relacion 1560. Del Emperador a XXVIII de Julio 1560. Sobre lo de Livonia y socorro contra el moscovita.

a) Sic in ms.

b) sic in ms.

c) abhinc manu propria Ferdinandi.

d) hucusque manu propria.

e) manu propria.

f) manu propria.

N. 57.

Viennae, 16.IV.1561.

Ferdinandus I imperator

Philippo II regi Hispaniae

Ioannem comitem de Tęczyn iuvenem Polonum commendat.

(*Lat., orig., sig.*)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 34.

Ferdinandus Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc. Marchio Moraviae etc., Comes Tyrolis etc. Serenissimo Principi Domino Philippo Regi Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem etc., Regi Catholico etc., Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc., Nepoti et Fratri nostro charissimo salutem ac benevolentiae omnisque foelicitatis continuum ac perpetuum incrementum. Serenissime Princeps Nepos ac Frater charissime. Cum nobilis ac magnificus fidelis nobis dilectus Joannes Comes in Thenczin Polonus dapifer noster praeclaro quodam instituto ad pernoscendos hostium mores maioremque aetatis usum et experientiam consequendam, sibi proposuerit varias Christiani orbis regiones ac provincias invisere, praetermittere non potuimus quin discedentem omni benignitate et clementia nostra complecteremur eumque Serenitati Vestrae de meliori nota commendatum redderemus. Est enim cum propter plurimas excellentesque virtutes, una cum familiae vetustate et splendore coniunctas tum vero propter ea servitia, quae nobis aliquan-

diu summa fide et observantia praestitit atque etiam ob eximium erga nos studium patris sui, viri sane in Regno Poloniae magnae authoritatis, et multis excellentibus ingenii dotibus ornatissimi, nobisque gratissimi inprimis dignus, cuius causa haec et longe maiora velimus. Quare nos eundem Comitem isthuc proficiscentem Serenitati Vestrae magnopere commendamus, cupimusque, ut ita sese in illum exhibere velit, quemadmodum et illius virtus et praeclara erga nos merita postulant. Erit nobis sane gratissimum si praeter quam quod nobilis adolescens suo ipsius merito Serenitati Vestrae plurimum commendatus esse debet, nostra etiam causa eidem quam commendatissimus fuerit; ita plane uti hasce litteras nostras sibi apud Serenitatem Vestram magno usui et ornameto fuisse re ipsa intelligat. Quod ipsum non vicissim in Serenitatem Vestram pari officii genere, mutuaque et fraterna benevolentia nostra per omnem occasionem compensaturi sumus: Bene ac diu valeat Serenitas Vestra cui prosperos ac diuturnos rerum successus ex animo optamus. Datum in civitate nostra Vienna die XVI mensis Aprilis, anno Domini MDLXI, Regnorum nostrorum Romani XXXI, aliorum vero XXXV ^{a)}.

Regiae Serenitatis Vestrae bonus frater et patrueis Ferdinandus ^{b)}.
V. Seld ^{c)}. M. Singkhmoser ^{d)}.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Philippo Regi Hispaniarum utriusque Siciliae Hierusalem Regi Catholico Archiduci Austriae Duci Burgundiae etc., nepoti et fratri nostro charissimo.

Manu rec.: Viena 16 de Abril año de 1561. Recomendacion.

a) *Abhinc manu propria Ferdinandi.*

c) *manu propria.*

b) *hucusque manu propria.*

d) *manu propria.*

N. 58.

Pragae, 22.X.1561.

Ferdinandus I imperator

Philippo II regi Hispaniae

Petrum Roysium Maureum, Hispanum, in servitio regis Poloniae manentem, ad Collegium Auditorum S. R. Rotae adscribi volentem commendat.

(Lat., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 46.

Ferdinandus Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., Marchio Moraviae etc., Comes Tirolis etc., Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem etc. Regi Catholico etc., Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Nepoti ac Fratri nostro charissimo salutem ac mutui amoris omnisque foelicitatis continuum et perpetuum incrementum. Serenissime Princeps Nepos ac frater nostre charissime. Cum Petrus Royzius Maureus Hispanus Jurisconsultus, qui in Serenissimi Regis Poloniae servitio iam diu et fideliter

et cum laude versatur, Romam in Collegium Auditorum Rotae recipi cupiat, speretque Summi Pontificis clementia et Serenitatis Vestrae benigna commendatione se in Antonii Augustini locum suffectum iri; usus est nobis apud Serenitatem Vestram intercessoribus, humilime petens, uti ipsius causam Serenitati Vestrae commendatam redderemus; quam ob rem, cum de illius virtute et excellenti juris civilis cognitione illustri testimonio edocti simus, cumque nobis a Serenissima Regina Poloniae etc. filia nostra charissima per litteras diligenter commendatus sit, facere non potuimus cum propter hominis merita, tum vero vel maxime ipsius Serenissimae Reginae filiae nostrae causa, cuius autoritas effecit, ut Royzcius ipse satis per se commendatus longe commendatior nobis fieret, quin eundem litteris nostris commendatitiis apud Serenitatem Vestram prosequeremur. Quapropter commendamus illum Serenitati Vestrae maiorem in modum, cupimusque ut eius causam apud Summum Pontificem ita tuendam promovendamque suscipiat, uti is re ipsa intelligat nostram hanc commendationem non fuisse vulgarem. Id quod nobis sane futurum est gratissimum pari vicissim studio, ac paternae benevolentiae officiis, erga Serenitatem Vestram quo quo tempore rependendum; quod reliquum est nos eidem Serenitati Vestrae omnia prospera foeliciaque ex animo optamus. Datum in arce nostra regia Pragae die XXII mensis Octobris. Anno Domini MDLXI Regnorum nostrorum Romani XXXI, aliorum vero XXV ^{a)}. Regiae Serenitatis Vestrae bonus frater ac patruelis Ferdinandus ^{b)}. V. Seld ^{c)}. M. Singkhmoser ^{d)}.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem etc. Regi catholico etc., Archiduci Austriae Duci Burgundiae etc. Nepoti ac Fratri nostro charissimo.

Manu rec.: Viena. A Su Magestad 1561. Del Emperador a XXII de octubre 1561. En favor del Doctor P^o. Ruiz sobre el lugar dela Rota de Roma que tenia Ant^o. Aug.ⁱⁿ.

Item manu Philippi II?: Ya estaba proveydo.

a) *Abhinc manu propria Ferdinandi*

c) *manu propria*

b) *hucusque manu propria*

d) *manu propria*

N. 59.

Viennae, 28.II.1560.

Comes de Luna, orator apud imperatorem ad Philippum II regem Hispaniae de d.r., i.a. de instantia imperatoris ut « negotium Poloniae » quo citius resolvatur.

(Hisp., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 76.

Sacra Catolica Real Magestad

El Enperador me a dicho que yo escriba a Vuestra Magestad suplicandole en el negoçio de Polonia mande con la mayor brebedad que sea

posible venir la resolución, porque estos enbaxadores dan mucha priesa y se quejan que gastan aquí mucho y no tienen otra cosa que hazer, porque los demás negocios que tenían con Su Magestad están ya al cabo.

.
De Viena y de febrero 28, 1560.

El Conde de Luna ^{a)}

a) *manu propria.*

N. 60.

Viennae, 15.XI.1560.

Comes de Luna

ad Philippum II regem Hispaniae

*de d.r., i.a. de petitione ducis Moscoviae ad regem Poloniae, ut sibi unam
ex sororibus det in matrimonium.*

(Hisp., orig., sig., brevior relatio 650. f. 52.)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 88.

Sacra Catolica Real Magestad

.
Por cartas de Polonia se ha entendido como el Mozcobita ha inbiado un enbaxador al Rei de Polonia con gran compañía y autoridad, pidiendole una de sus hermanas por muger, para quedar nonbrado por heredero despues de los dias del Rei, si no tubiere hijos; para lo qual ofresçia grandes partidos de soltar tierras que tenia tomadas del Rei de Polonia y otras cosas. El qual respondio que el no se podia resolver ni determinar en este negocio sin consejo y parecer delos de su Reino, que lo comunicaria con ellos en una dieta que pensaba tener para estas pasquas u despues dellas, y que le responderia con su enbaxador. Algunos de los polacos están inclinados a este. Si se hefetuase seria un Rei muy grande y muy potente, que no seria poco perjuizio para el Inperio, y mas para los vezinos; y ansi el Enperador haze sus diligencias para entender como esta y como se podra estorbar, porque se ha tomado una parte de la Libonia, teniendo por contrario al Rei de Polonia, y si lo biniese a ser se podria temer tanto como el Turco.

Su Magestad tiene asinada la dieta de Ungria en Posenia para dia de los Reyes, en la qual se trataran las cosas de Trassilbania, que esperan para entonces las treguas que Su Magestad tiene hechas con este hijo del Baiboda, que es un moço perdido y mas en las cosas de la religion, que de ninguna manera la tiene. Están con el quatro o cinco turcos que nunca se le quitan del lado ni le dexan hablar con nadie. Estara allí quatro o cinco semanas, en las quales se concluire y en este medio tienpo se resolvera en la que a de tener del Inperio para las cosas del Conçilio y del Turco.

.
De Viena y de nobienbre XV, 1560.
.

a) El Conde de Luna b)

a) *abhinc manu propria de Luna*

b) *hucusque manu propria*

N. 61.

Viennae, 28.XII.1560.

Comes de Luna

ad Philippum II regem Hispaniae.

(Est exemplar, cuius originale datur sub N. 64)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 90.

N. 62.

Viennae, 24.IV.1561.

Comes de Luna

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de rebus Poloniae, Livoniae et Moscoviae.

(Hisp., orig., sig.; adest brevis relatio E. 650 f. 54)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 99 y 100.

Sacra Catolica Real Magestad
.

Lo otro es dar alguna horden y hazer alguna provision para remedio de las cosas del Turco, porque a la verdad quien tiene bien entendido de la manera que las cosas estan agora en Alemanna, si el Turco biniese como otras vezes, antes que se pudiesse proveer para la defensa y remedio podria aber ocupado una gran parte della, porque si no es por esta parte, questa tierra y Jabalina ^{a)} y Comaro ^{a)} estan muy bien fortificadas, a qualquiera mano que heche no ay cosa que se le pueda defender; y la tierra es muy buena y muy poblada, y con castillos que an tomado an metido muy adelante los confines, no solo por aqui mas por todas partes.

El otro es que la Libonia, que el Moscobita a comenzado a ocupar, de aver tomado algunas tierras en ella estan con tanto miedo los Libonios que se am dado en proteccion al Rei de Polonia y se quieren hazer sus suditos y vasallos, y aun dizen que lo an hecho, que es cosa en gran

perjuizio y menoscabo de la autoridad del Inperio. Y ansi mesmo tornar a tratar de las cosas de Menz, porque de no prevenirse en remediar una cosa se da occasion ha estas desuniones y a otras que podrian suceder desta manera y de mayor inportançia. Estas son las causas que a Su Magestad le mueben a tener la dieta.

.

La enbaxada que a Vuestra Magestad scrivi los dias pasados, que el Rei de Polonia inbiava al Moscobita con la respuesta que a la demanda de su hermana le dava y otras cosas que le pedia, que entonçes no se pudo entender por inbialla el Rei secreta, fue que era contento de darle a su hermana come se la pedia; con algunas condiçiones, entre las quales era una dellas que se reduxese a la obidiencia de la Iglesia Romana, porque el es de la Griega, y que le dexase ciertas tierras que avia ocupado dias a, y algunas otras que no son de mucha inportançia, y ansimesmo le dezia que le pidia y requeria que se astubiese de molestar a los Libonios y les restituyese las tierras que les avia ocupado, pues ellos avian cumplido con el lo que estaban obligados. A lo qual el Moscobita respondio que no abçetava el casamiento con aquellas condiçiones, y quanto a lo de la Libonia, no solo dexaria de procuralla ganar, mas tendria por enemigos a todos los que los ayudasen y faboresçiesen, para hazelles por todas las vias y partes el danno que pudiese, porque el pretendia que con justos titulos les hazia la guerra. Las causas y principio dela qual fue que davan los de Libonia una cierta pension por conçierto antiguos al Moscobita pasado, y abiendose muerto y quedado este mo-chacho, no curaron de pagarsela mas, aunque se les pidio algunas vezes agora quatro o cinco annos, el Moscobita les inbio a pedir que le pagasen lo que le devian (que no llegava a çien mill florines), amenazandoles que si no lo hazian les haria la guerra. Los Libonios, teniendolo en poco, no lo quisieron hazer; y el, poniendose en horden, bino con exercito sobrellos; los quales, entendiendo que benia poderosamente, recogeron la cantidad del dinero y le inbiaron con sus enbaxadores y a pedille que no les molestase, que de alli adelante ellos cunplirian lo que estaban obligados. El tomo los dineros y detubo los enbaxadores y prosiguo su camino y tomoles no se quantas plazas, y ansi se començo la guerra y se a continuado. Los Libonios, como mienbros del Inperio, acudieron Agusta a la dieta pasada a pedir que les defendiesen y ayudasen. Para ello conçedioseles entonçes quatro ciemtos mill florines en quatro annos. Y teniendo la nesçesidad presente, y no pudiendose valer de aquel dinero trataron con el Rei de Polonia que tomase a cargo defendellos, y para ello gastase aquellos quatroçientos mill florines, y que le darian quatro fuerzas en prendas dellos asta que se los pagasen, que seria cobrandolos en los quatro annos, porque si el Moscobita entrava en la Libonia era de gran perjuizio para el Rei de Polonia. El qual abçeto el conçierto y tomo las plazas, y asta agora no ha hecho nada. El Moscobita a tomado por otra parte, y los Libonios, biendose apretados, dizen que se an resuelto de darse al Rei de Polonia, o se an dado. Este Moscobita dizen que es muy baleroso y de buen ingenio y grandes pensamientos. Algunos, que tienen notiça del y de sus cosas, les paresçe que se podria tratar con el y acomodar las cosas de aca y hazelle que prosiguiese la guerra contra los tartaros y el Turco, cuyos suditos som, con quien tambien la tiene agora y les a dado una gran rota. El Enperador a dexado de tratar esto

por respeto del Rei de Polonia, cuyo natural enemigo es el Moscobita. Ame parescido dar toda esta quenta a Vuestra Magestad, para que en tienda lo que por aca pasa y como esta rota la guerra entre ellos.

.
De Viena y de abril 24, 1561.

.
El Conde de Luna ^{b)}

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad del Rei nuestro Señor.

a) *Sic in ms.*

b) *manu propria de Luna*

N. 63.

Viennae, 15.VII.1561.

Comes de Luna

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de litteris a cardinale Hosio acceptis, secundum quas patriarcha Constantinopolitanus regem Poloniae rogat, ut contra lutheranos procedat.

(Hisp., orig., sig.; adest relatio brevis E. 650 f. 56)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 108.

Sacra Catolica Real Magestad.

A doze del presente rescivi una de Vuestra Magestad de ultimo de mayo, y hize luego lo que Vuestra Magestad por ella me manda. El Enperador y estos Reyes se an holgado mucho de saver que Vuestra Magestad y la Reina nuestra señora tienen salud y estan con gran deseo de ber respuesta de sus cartas. Acusan a Vuestra Magestad que se descuida mucho de scrivilles, que aunque no fuesen sino dos renglones les daria gran satisfacion.

Con este mismo despacho scrivio Martin de Guzman al Enperador como Vuestra Magestad havia hecho dezir que se contentaba de abçetar la bula del Conçilio como estaba publicada y Su Magestad Cesarea lo pedia y persuadia a Vuestra Magestad de que Su Magestad tiene grandissimo contentamiento, y luego mando llamar al legado y se lo dixo, el qual no le tiene menos, y ansimesmo lo comunico con el enbaxador de Francia y le dixo que scriviese a sus amos exortandoles de su parte que hiziesen de la suya lo que eran obligados para que este conçilio se pudiesse hefetuar y se consiguiese el fin que para el bien publico era necessario, y ansimesmo scrive Su Magestad sobrello a la Reina, pidiendole con instançia lo mismo, y esta con sperança que si françeses lo hazen como an dicho se podria traer a buen termino, porque la parte luterana

de Alemanna cuelga mucho delas cosas de França, porque en ella tienen la mira.

El legado Osio, que aqui esta, tiene cartas de Polonia ^{a)} que le dicen como el Patriarca de Costantinopla avia inbiado un enbaxador al Rei de Polonia, pidiendole que castigase en Prussia los luteranos y no permitiese infectar aquella probinçia destas nuevas eregias, a lo menos aquellos pueblos que estaban ala obidiençia de la Iglesia Griega, que som subditos; y que hecho este ofiçio pasase al Conçilio de Trento. Esto tiene por tres o quatro bias y por cartas de la corte del Rei de Polonia, que es una cosa arto nueva y que da gran sperança de que Dios pondra la mano en el Conçilio.

.

De Viena XV de Julio 1561.

.

El Conde de Luna ^{b)}

a) *in ms.*: Pononia, *error scriptoris*

b) *manu propria comitis de Luna*

N. 64.

Viennae, 28.XII.1560.

Comes de Luna

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de replica a rege Poloniae principi Moscoviae data, qui sororem regis sibi in uxorem dandam petierat.

(Hisp., orig., sig.; habetur exemplar E. 650 f. 90)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 120.

Sacra Catolica Real Magestad

.

El Rei de Polonia a respondido al Mozcobita sobre la demanda que le avia hecho de su hermana. No se sabe que, porque los enbaxadores que iban llevavan secreta la respuesta. La Reina, su muger, ha scrito que le parescia que entendia del Rei que no tenia gana de hazer este casamiento. El Mozcobita a tomado algunas tierras en la Libonia y dicen que esta sobre una çiudad inportante.

.

De Viena y de Dizienbre, 28, 1561 ^{a)}.

.

El Conde de Luna ^{b)}

In dorso manu recentiori: Viena a Su Magestad. Del Conde de Luna a XXVIII de deziembre 1560 recibida a VII de hebrero 61.

a) Sic in ms. 1561, sed in dorso: XXVIII de- b) manu propria comitis de Luna
ziembre 1560, et ita recte: 1560

N. 65.

Gandaviae,VIII.1559.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
Ioannem Basenum [Bażeński?] de Prussia commendat.*

(Lat. minuta)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 146.

Philippus Dei gratia Rex Hispaniarum, Angliae ^{a)} Franciae ^{b)} utriusque Siciliae, Hierusalem, Hiberniae ^{c)} etc. Serenissimo ac Potentissimo Principi Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae et Samogediae, Fratri et Consanguineo nostro charissimo salutem et fraterni amoris incrementum. Tribuimus tantum Vestrae Serenitatis erga nos amoris ut non dubitemus quacunque occasione nostris eam litteris interpellare: ac si unquam honestiore aliqua causa a nobis id factum est, nunc maxime, cum in Prussiam, unde oriundus est, revertatur Joannes Basenus, qui Caesari Augusto patri nostro colendissimo ac nobis in nostri corporis custodia et satellitio operam per annos aliquot navavit ^{d)} et praesertim in iis bellis et expeditionibus quae his proximis annis gessimus; in quibus ea fide, vigore et diligentia se gessit prout eius nobilitas postulabat ^{e)}. Unde ei hac in re merito satisfacimus cum ad Vestram Serenitatem litteras a nobis commendatitias exposceret; quibus quam possumus maxime eum Vestrae Serenitati ita commendamus ut sumus nos commendatos habituri eos qui Vestrae Serenitati aliqua ratione ullo tempore inservierint, cum nihil aequè optemus, atque ut occasio sese offerat animi nostri erga Vestram Serenitatem propensionis ostentandae. Quam Deus Optimus Maximus diu servet incolumem. Bruxellis ^{f)} die XXI ^{g)} mensis Julii ^{h)} MDLVI ^{i, i)}. Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus frater Philippus ^{k)}. G. Perezius ^{l)}.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae et Samogediae, Fratri et Consanguineo nostro charissimo.

Manu recentiori: Al Rey de Polonia. De Gante a VII de Agosto 1559. Item alia manu: Recomendacion de Juan Basino.

a) Verbum in ms. deletum

b) verbum in ms. deletum

c) verbum in ms. deletum

d) verba ab: et praesertim usque ad: nobilitas postulabat scripta sunt in margine

e) sequuntur decem verba repetita et deleta
ab: ea fide usque ad: ab eo postulabat

f) verbum deletum; supra scriptum: Gandaviae

g) numerus deletus

h) verbum deletum; supra scriptum: Augusti

i) abhinc manu propria Philippi II

j) annum deletum; supra scriptum: MDLVIII

k) hucusque manu propria

l) manu propria

Toleti, 7.IV.1560.

Philippus II, rex Hispaniae
ad comitem de Luna
de d.r., i.a. de rege Poloniae deque ducatu Barensi.
(Hisp., minuta)
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 150.

.
Sobre lo que pretende el Rey de Polonia, en lo de Bari, y herencia
de la Reyna su madre, se embia el despacho que por otra vereis, a lo qual
me remito.

.
In dorso: Al Conde de Luna. De Toledo a VII de abril 1560.

Vilnae, 1.I.1561.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Gundislaum Peresium [Gonzalo Pérez]
Petrum Wolski, secretarium suum, ad Philippum II proficiscentem, com-
mendat.
(Lat., orig., sig., vest.)
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 178.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc. Dominus et Haeres.

Magnifice Domine syncere nobis dilecte. Cum mitteremus ad Serenissimum Principem Dominum Philippum Regem Hispaniarum in negociis nostris Generosum Petrum Wolski Secretarium nostrum atque negotiorum nostrorum gestorem, commisimus eidem ut nostro nomine nonnullis de rebus cum Sinceritate Vestra ageret. Quamobrem postulamus a Sinceritate Vestra ut velit illi in eis rebus de quibus ex ipso cognoscet, plenam fidem habere atque ei in negociis nostris apud Serenissimum Principem Dominum Philippum Regem gerendis studio autoritateque sua adesse. Daturi vicissim operam sumus ut Sinceritas Vestra officia sua gratissima nobis extitisse intelligat, lubenterque omnem occasionem complectemur, qua nostrum in eam studium declarare possimus. Tandem illam bene valere cupimus. Datum Vilnae die prima Ianuarii Anno Domini MDLXI Regni vero nostri anno XXXI. Sigismundus Augustus Rex ^{a)}.

In dorso: Magnifico et reverendo domino Gundislao Peresio serenissimi Hispaniarum regis consiliario et primo secretario sincere ^{b)} nobis dilecto etc.

Manu rec.: Del Rey de Polonia a primero de enero 1561. Con su secretario.

Alia manu: Sigismundo Augusto. En creencia ^{c)} en reclamacion de los bienes maternos en Italia.

a) *Manu propria Sigismundi Augusti*

c) *Lectio incerta*

b) *hic charta lacerata, lectio incerta*

N. 68.

s.l., s.d. [1561?].

Ignotus [Petrus Wolski?]

ad Philippum II regem Hispaniae

pro memoria de bonis maternis Sigismundi Augusti in Italia.

(Lat., nec subscriptum, nec sigillatum)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 178 (1).

Posteaquam cognovit Maiestas eius Regia, ex responsis Maiestatis Vestrae superiori tempore ^{a)} per Sacram Caesaream Maiestatem oratori suo qui est in aula Caesarea ad postulata sua datis, propensam eiusdem Maiestatis Vestrae voluntatem ad reddendum sibi materna bona sua, quae officiales ipsius Neapolitani ante tres annos sive custodiae causa sive quo alio nomine et praetextu occupassent; quod autem id adhuc factum non esset, nec satis ponderis habuissent apud eos ipsos officiales, terna eiusdem Maiestatis Vestrae mandata ea de re ad ipsos data in causa illud esse, quod Maiestas Sua apud Maiestatem Vestram hominem suum non haberet, qui rem Maiestatis Suae agat, et quod ex usu suo fore videatur, submoneat, noluit in eo sibi Maiestas eius deesse. Hac igitur de causa huc me ad Maiestatem Vestram Regiam misit. Ac peteret quidem Maiestas eius a Maiestate Vestra id, quod iam inde ab initio post mortem serenissimae matris suae ante tres annos per oratorem suum petivit, si impetrari id quod non modo aequitas et ius naturae vera etiam necessitudo mutua dictat, adhuc posse speraret: nempe ut sibi omnia prorsus materna bona sua, etiam immobilia, sine ulla iuris desceptatione redderentur et restituerentur. Nunc quando Maiestas Vestra statuit, ius suum, quo in bonis feudalibus praetendit, persequi ac tueri et iudicium eius controversiae ad Sacram Caesaream Maiestatem delatum est; id iudicium expectat Maiestas eius Regia, et a Maiestate Vestra postulat, perficiat ea quantum in se est, ne id diutius magno Maiestatis Suae damno et incommodo differatur. Quod autem attinet ad caetera quae fuerunt in bonis eiusdem serenissimae reginae Bonae sanctae memoriae, ea sunt pecunia, sive scripturae, sive alia quavis mobilia, sive etiam iura, et Burgensatica ^{b)} immobilia; quae quidem sunt extra controversiam et ipsamet Maiestas Vestra ea Maiestati Suae debere non diffitetur ut ea tandem tradantur, quae adhuc tradita non sunt ab administris eiusdem Maiestatis Vestrae Neapolitanis sive a quibuscumque aliis ea detinentur, quaeque praeterea ad explicandum et probandum in iudicio ius, causamque Maiestatis suae

quovis modo pertinent, ut sibi mandato et autoritate Maiestatis Vestrae Regiae ex aequo et bono amanterque commendantur et indulgeantur. Qua omnia singollatim ^{c)} a me exponentur, salvo in posterum si quid praeterea serenissimo Regi meo vel mihi et aliis, qui hac negotia Maiestatis eius gerunt, in mentem venerit. Confidit autem Maiestas eius Maiestatem Vestram iis omnibus ita sibi provisuram esse, ut ne diutius eorum executio, ullis cuiusquam subtilitatibus, disceptationibus exceptionibus, vel delationibus procrastinetur, sicuti consentaneum est non modo necessitudini et benevolentiae Maiestatum Vestrarum inter ipsos mutuae, verum etiam aequitati et magnitudini animi eiusdem ^{d)} Maiestatis Vestrae Regiae, non modo sua cuique reddentis, sed multa multis etiam de suo liberaliter largientis, quemadmodum a multis praedicatur. Alioqui si summo iure agi debebit Neapoli, sicut adhuc factum est, nullis unquam mandatis satis consultum erit Serenissimo Regi Poloniae. Nihil enim tam accurate ac circumspecte a quoquam scribi aut caveri potest, quin subtiliori interpretatione et cavillatione in dubium revocari queat. In sola autem Maiestatis Vestrae voluntate et autoritate regia situm est, ut ea, si postulata Serenissimi regis mei iusta et aequa, ut sunt certe, esse iudicaverit, disertis verbis mandet Illustrissimo Viceregi et officialibus suis Neapolitanis, ut citra quamvis casus ^{d)} disceptationem, dubitationem et excusationem, executioni tandem ea mandent. Pertinebit id ad laudem eiusdem Maiestatis Vestrae et ad alendam, stabiliendamque mutuam amicitiam cum Serenissimo rege meo, qui officia sua, vicissim per nullam occasionem requiri unquam a Maiestate Vestra patietur.

a) In ms. tempore bis repetitur

b) sic in ms

c) sic in ms.

d) lectio incerta

N. 69.

Vilnae, 4.VIII.1561.

*Catharina, regina Poloniae
ad Philippum II, regem Hispaniae
Petrum Royzium Maureum hispanum commendat.
(Lat., orig., sig. vestig.)
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 178 (2).*

Serenissimo Principi, Domino Philippo, Dei gratia Hispaniarum, Galliae ac utriusque Siciliae etc. Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Brabantiae etc. Comiti Hapsburgensi etc., Consanguineo et Fratri nostro Charissimo et observando. Catharina eadem gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogithiaeque etc. Domina. Salutem praecatur, omnisque foelicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Consanguinee et Frater noster charissime ac observande. Petrus Royzium Maureus Hispanus, utriusque iuris doctor, in aula Serenissimi Coniugis nostri viginti fere annis honeste versatur, collectamque et ipsius Serenissimi Coniugis nostri gratiam et omnium benevolentiam vitae suae honeste, et iuris prudentia, singularibusque ingenii

dotibus obtinet. Ac de nobis quoque toto hoc quo hic sumus tempore optime est meritis. Accersitur nunc in urbem Romam amicorum literis, ut munus Auditorii Rotae, quo Antonius Augustinus Flerdensis episcopus factus, renunciare statuit, a Summo Pontifice impetret. Quamobrem Dilectionis Vestrae commendationem maximo sibi adiumento fore confidit. Supplex itaque a nobis petiit, impetraremus a Dilectione Vestra promovere illum gratia sua apud Summum Pontificem, ad id assequendum munus dignetur. Quod quidem nemini nisi et nobili Aragonensi et iurisconsulto concedi solet. Petimus itaque a Dilectione Vestra: dare id nobis velit, commendareque Summo Pontifici de meliore nota Royzium, hominem illo loco et munere dignum. Pro quo nos Dilectioni Vestrae spondemus, quod illum suae commendationis nunquam poenitebit. Cupimus Dilectionem vestram optime valere. Cuius fraterno amori et favori nos commendamus. Datae Vilnae 4 Augusti Anno Domini 1561 ^{a)}. Eiusdem Maiestatis Vestrae bona soror Catharina Regina Poloniae ^{b)}.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Philippo Dei gratia Hispaniarum, Galliae ac utriusque Siciliae etc. Regi, Archiduci Austriae Duci Burgundiae, Brabantiae etc. Comiti Hapsburgensi etc. Consanguineo et Fratri nostro charissimo et observando.

Manu rec.: Alemania. A Su Magestad. 1561. De la Reyna de Polonia a IIII de Agosto 1561. En recomendacion del doctor Pedro Ruiz para obtener el lugar de la rota de Roma que tenia Antonio Augustini.

a) *Abhinc manu propria Catharinae.*

b) *hucusque manu propria.*

N. 69 bis.

Regiomonti, 10.X.1561.

*Albertus Prussiae dux
Philippo II regi Hispaniae
falcones mittit.*

(Lat., orig.)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 176

Serenissime Rex, potentissime Princeps, Sacrae Regiae Vestrae Dignitati obsequia nostra amica, eaque paratissima offerimus. Serenissime Rex, potentissime Princeps, Domine et amice observande. Postquam Dei beneficio falcones in hac nostra provincia hoc anno captu faciliores fuerint, non potuimus intermittere, quin Sacrae Regiae Dignitati Vestrae mittendis aliquod falconibus animum officiosum ac amoris plenum declararemus. Siquidem Sacrae Regiae Dignitati Vestrae studia nostra in omnibus, quoad rationes nostrae ferunt, comprobata cupimus. Itaque praesentium exhibitori, Adriano Christiani, quem eo nomine Illustris et Magnificus Marchio de Aquilar etc. cum litteris, quas vocant passuum, ad nos ablegavit, decem falcones tradi iussimus, ut eos ad Sacram Regiam

Vestram Dignitatem perferret. Petimus autem vehementer ac maiorem in modum, ut Sacra Regia Vestra Dignitas hos falcones benigne accipere ac boni consulere velit, atque ex iis, cum recreandi animi gratia aucupio sese delectare decreverit, plurimum oblectamenti capiat, nostrique memoriam interdum recolat. Hoc nobis gratissimum arridet. Quod si Sacra Regia Vestra Dignitas anno proxime instanti itidem eiusmodi aves sibi mitti voluerit, petimus ut hocipsum litteris suis ad falconarium nostrum Antonium Dunkart in villa Wert ^{a)} domicilium habentem, missis, significare nobis dignetur. Libenter enim non modo hac in re, verumetiam pro facultatumstrarum tenuitate in maioribus Sacrae Regiae Vestrae Dignitati gratificamur. Quod superest, Deo Optimo Maximo Sacram Regiam Vestram Dignitatem diutissime, cum rerum multarum foelicissimo incremento conservandam comittimus. Datum Regiomonti Anno salutis MDLXI decima mensis Octobris. Albertus Senior, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, in Prussia, Stetinae, Pomeraniae, Cassubiorum et Sclavorum dux, Burgravius Norinburgensis, Rugiaeque Princeps etc. ^{b)} Manu propria Albertus ^{c)}.

In dorso: Serenissimo potentissimo principi et Domino Domino Philippo, Dei gratia Regi Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Mediolani, Brabantiae etc., Comiti Habsburgi, Flandriae, Tyrolis etc. Domino, consanguineo et affini colendissimo, etc.

Manu recentiori: Alemania 1561. A Su Magestad. El Marques de Brandenburg a X de octubre 1561. Respondida a VI de hebrero. Alcones.

a) vel Werl

c) hucusque manu propria

b) abhinc manu propria Alberti

N. 70.

Augustae - s.d. [1560].

Ignotus

ad diversos non nominatos (« avviso »)
de bello in Livonia.

(It.)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 192.

Avvisi della spedizione del gran Signore di Moscovia contra Livonia. Che il gran Signore di Moscovia ha ordinato di novo un grandissimo exercito contra Livonia, dicano di 80000 cavalli con tutte le necessarie monitioni, et ha in detto suo exercito li piu bellicosi populi di tre provincie, cioe Zerenrski ^{a)}, Circassi ^{b)} et una gran moltitudine di migliori tartari.

Scrivono ch'egli ha certi astrologi, quali li hanno pronosticato che lui in fra questo anno 1560 et 1570 havera grandissime, incredibili vittorie; che soggioghera infinite nationi, principati et paesi, et che sara talmente vittorioso che per tutto il mondo sara tenuto il secondo Alessandro, et nominato. Che i suoi assediavano una forteza importantissima nel Vescoato d'Orpt ^{c)}, chiamato Mittemburg ^{d)}, quale era la chiave di Revell, et che era suo intento ancora questo anno alle prime ghiaccie di occupare

i duoi Vescovati Revell et Riga, havendo piu commodita di far' sua guerra al tempo d'inverno che d'estate, per rispetto di molti grossi fiumi, quali al tempo dell'estate non si possono passare si non con grandissima difficulta, ma l'invernata si agghiacciono in modo che vi si va sopra senza impedimento o periculo.

Che li Livoni non hanno aiuto nissuno, si non da Re di Polonia, quale ha fatto con essi accordo per loro defensione; ma si dubita che detto Re potra far' poco effetto, perche poco si potra confidare nelli suoi Lituanij, quali hanno quasi simile religione con li Moscoviti.

Che a Spira alli 22 di settembre erano convocati li sei Elettori, personalmente o vero loro ambasciatori con piena potesta, et molti altri principi et ordini dell'Imperio, per consultar' tutto quello che reputaranno di bisogno per ovviare a' pericoli di Livonia.

Che la Maesta Cesarea haveva scritto alla Repubblica di Lubeck che per defensione di Livonia dovessero prestare li 200000 fiorinij che nell'ultima dieta d'Augusta furono concessi per un soccorso subitaneo a' detti Livoni.

Poscritta. Sono giunte lettere come li Moscoviti hanno espugnato gia la fortezza di sopra, et che tra cento nobili di Livoni, delli piu grandi et migliori, quali per troppo ardire si spinsero incautamente molto innanzi, furono soprapresi da un gran squadrone di Moscoviti et tagliati tutti a pezzi da cinque o sei in fuori.

Scrivono ancora che i Moscoviti han fatto tanto progresso che poco resta di occupare, et han preso il Gran Mastro di Livonia et il Gran ^{e)} Mastro Marshial.

In dorso: Avvisi di Livonia.

In dorso, manu recentiori: Alemania 1560. Avisos de Livonia (diolos el Cardenal de Augusta).

a) b) *Sic in ms.*

d) *sic in ms.*

c) *sic in ms.* Derpt?

e) Mastro *expunctum*

N. 71.

Viennae, 18.III.1561.

Seldt [vicecancellarius]

ad Pfintzing

de d.r., i.a. de rebus Poloniae cum Moscovia.

(Gallice)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 195.

Le Vicechancellor Docteur Seld de Vienne du 18^e de Mars

Que l'ambassadeur de l'empereur en Poloigne escript que combien que l'ambassade du Roy de Poloigne est desia partye vers le moscouite pour traicter le mariaige, que touteffois il n'y ha apparence, que l'affaire

doibue venir a détermination, en considération des griefues conditions que ledict S^r Roy prétend qu'il accomple, ascauoir que ledict moscouite et tout son pays se facent de nouueau baptiser selon la mode et coustume chrestienne catholique. Item qu'il restitue audit Seigneur Roy le Duché de Smalensko ensemble les 74 chasteaux y ioinets dont le vieul Roy Sigismond fust spolié. Item qu'il se déporte de la Liuonie, et restitue tout ce que illec il ha occupé aueque réparation des frais et domaiges. Item que en cas que ledict mariaige se conclust, il ne traicte pas sa seur come jusques a maintenant les moscouiens ont esté accoustumés, a scauoir comme prisonière ou esclau, ains come aultres Roys et Princes chrestiens seulent traicter les esponseés, parquoy l'on présume que ladicte ambassade ne sera pas la trop bien venue ches ledict moscouite combien quelle aye desia faict son compte de ne retourner plus.

Que les conseilliers d'Hungarie se trouuent en grand nombre a la Court de Sa Maiesté Impériale et que l'on traicterà aueq eux pour l'assemblée que au moys de Januier ha esté conuoquée et depuis différée.

Que la garnison de sa Maiesté Imperiale en Lipa ruyna et deffist par force cesiours au Wayoda une forteresse nommée Lasqua ^{a)} laquelle il auoit commencé a édifier sur les frontières de Sa Maiesté Impériale et ung peu trop près d'icelle.

Que les garnisons des Turqs se gouernent plus paisiblement que de long temps ils n'ont faict.

Que Sa Maiesté Impériale ha prononcé la sentence entre le marquis de Final et les Génois au profit dudict marquis suyuant l'aduis qu'elle en ha eu tant de tous ses conseilliers et de la uniuersité de Vienne, come des trois principales Uniuersités d'Italie ascauoir Bologne Padoue et Pavie.

Que l'on ha eu aduertissement de Rome que les cantons de Suisses Luthériens ayent faict a Sa Sainteté une responce touchant le Concile fort modeste et discrète, combien que l'on n'on scait pas encores la particularité.

Que le Pape est delibéré d'envoyer ung nonce par deuers le Moscouite, pour le persuader et admonester tant de s'accomoder a la paix que de visiter le Concile.

Que le bruict est, que le Duc de Sauoye aye nhagueres enuoyé vers les Vénétiens pour auoir leur aduis et conseil en ce qu'il aye entendu que l'on le pourroit choisir pour Capitaine général en l'exécution des décrets du Concille. Et que lesdicts Vénétiens luy ayent sur ce respondu que a leur aduis, considéré toutes les circonstances et l'estat de la Chrestienté, il n'aye rien meilleur que une commune paix, laquelle de leur part ils desirent extrêmement promouuoir et conseruer. Et que touchant le concille, il leur semble estre le plus expédient de dresser le cours et affaires d'iceluy, de sorte que les protestants n'ayent cause de le refuser et que l'on ne donne occasion d'entreprendre quelque chose de faict d'ung costé ou de l'autre.

Manu rec.: Nuevas de Alemania scriptas al Serenissimo ^{a)} Pfintzing por el Doctor Seld, Coronel Suendi y Obispo de Naumburg.

Alia manu: 18 y 19 de Marzo y 12 de Abril. En frances. Embaxada del Rey de Polonia para tratar el casamiento de una hermana suya con el Moscovita. Las condiciones con que se habia de hacer el matrimonio son

notables: Que el Moscovita ha de tratar a su espose como los otros Principes Cristianos, y no como prisionera y esclava segun lo han hecho hasta aqui, etc.

a) *Sic in ms.*

N. 72.

s. l. 17.VI.1561.

Ignotus

ad diversos non nominatos (« aviso »)

de rebus Livoniae, i. a. de civitatis Revaliensis ad Suecos appellatione.

(*Lat.*)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 205.

17 Junii 1561

Alias apud nos hoc tempore nihil est novi nisi quod Civitas Renalien-
sis ^{a)} in Livonia, videns Magistrum Livoniae non esse sufficientem, ut
vel se, vel subditos suos a Moschorum iniuria defendat ex altera vero
parte a Polonis nihil aliud nisi verba dari, Regis Suetiae protectioni se
credidisse dicitur renunciata fidelitate qua antehac ipsi Magistro tene-
batur. Aegre hoc fert Magister, timens ne alii idem sequantur exemplum,
Poloni vero dolent tantum bolum sibi ereptum esse a faucibus. Istigabunt
ergo nunc de alieno corio Poloni, Dani, Sueci, et Moschi. Hi vero ad quos
haec res maxime pertinebat, status videlicet Imperii, manum in sinu
continent. Hac est praeclara Reipublicae nostrae forma.

a) *Sic in ms.; recte: Revaliensis*

N. 73.

Vilnae 4.VIII.1561.

Ignotus

ad diversos non nominatos (« aviso »)

de missione Canobii, et de patriarcha Constantinopolitano.

(*Hisp.*)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 207.

El nunçio Canovio, que Su Santidad inbiava a Prussia y a Moscobia,
llego en Prussia y alli hizo su propusiciom al duque de aquella provincia.
El qual respondio lo que los principes protestantes respondieron en la
junta de Nanburg a los Nunçios Delfin y Comendon. Y con liçençia del
Rei de Polonia fue a Lituania para pasar adelante; y el Rei, aviendo
conçebido alguna sospecha que no fuese a otros tratos con el Moscobita,

no ostante que le avia dado licença para pasar a el, le detubo y con buen modo y palabras le hizo bolver, deziendo que por estar la guerra rota y otros inconbenientes no conbenia que pasase; y ansi se bolvio.

El Obispo que el Patriarca de Constantinopla inbio a Polonia y dezian que avia de benir al Conçilio, con salvoconduto del Rei de Polonia paso a Moscobia a vesitar las iglesias griegas que en aquella provincia ay. De alli no se save si bolvera al Conçilio, como se avia dicho.

In dorso, manu recentiori: Avisos de Polonia. Dentro de carta de la Reina Catalina fecha en Wilna 4 de Agosto 1561. Nuncio Canovio va a Prusia y Lituania. No le deja el Rey de Polonia pasar a Moscovia. Obispo enviado por el Patriarca de Constantinopla pasa a Moscovia a visitar las Iglesias griegas.

N. 74.

s.l., s.d. [1561].

Ignotus

ad usum officii

relatio de rebus a Pio IV Papa per Canobium nuntium Ferdinando I imperatori propositis deque eiusdem imperatoris responsibus, i.a. de rebus Moscoviae.

(*Lat.; adest alter exemplar eiusdem relationis E. Leg. 650 f. 222 v. N. 75*)
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 220.

Quae Sacrae Caesareae Maiestati Domino nostro Clementissimo Venerabilis Dominus Ioannes Franciscus Canobius sanctissimi Domini nostri Camerarius Sanctitatis Suae iussu ac nomine exposuit, ea Maiestas Sua Caesarea benigne intellexit.

Et primum Maiestas Sua Caesarea Sanctissimi Domini Nostri paternam salutationem ac benedictionem grato et filiali animo acceptat, et Sanctitati eius vicissim omnia ea filialis observantiae studia defert, quae a devoto et pio Sanctitatis suae et Ecclesiae filio expectari possunt, ac ex eo, quod Sanctitas eius rosam praeterita dominica Laetare a Sanctitate eius benedictam ad Serenissimam Bohemiae Reginam mittere voluit, facile Sanctitatis suae paternam ac propensissimam voluntatem erga praefatam Serenissimam Reginam et universam hanc inclytam Domum Austriae perspicit.

Deinde Maiestas Sua Caesarea magnis laudibus extollit singularem Sanctitatis Suae pietatem ac vehemens desiderium in negotio Concilii quod Sanctitas eius Maiestati Suae Caesareae nunc rursus per praefatum Dominum Canobium testatum reddere voluit ostendendo missos iam esse Tridentum duos legatos Reverendissimos Cardinales Mantuanum et Seripandum, aliosque ecclesiae convenisse praelatos, multosque alios in itinere esse, alios vere itineri se accingere, ita ut omnia sunt ex parte Sanctitatis Suae parata. Equidem Maiestas Sua Caesarea hactenus nunque

dubitavit neque adhuc dubitat, quin Sanctitas Sua omnia sua consilia omnes cogitationes, omnesque curas ad commodum et incrementum christianae Reipublicae convertat. Quemadmodum summa eius necessitas plane exposcit, et Sanctitatis suae dignitati cumprimis convenit.

Quod vero propterea Sanctissimus Dominus Noster cupit, ut Maiestas sua Caesarea tanquam supremus Christianae Reipublicae Princeps, praelatos ed oratores suos ad Concilium mittat, interim dum Sanctitas eius cum oratore Serenissimi Hispaniae Regis contulerit ea quae idem Serenissimus Rex Catholicus Sanctitati eius de hac re nunciavit, vel si forte fortuna id iam commode fieri non posset, saltem ita res paret ut cumprimum Maiestati suae Caesareae deliberatio Regis Catholici fuerit cognita, possit statim aliis et praesertim Regi Christianissimo exemplum praebere. Ad haec Maiestas sua Caesarea sic respondet: Sanctissimum Dominum Nostrum ex iis quae hucusque inter Sanctitatem eius et Maiestatem Suam Caesaream de hoc negotio Concilii litteris et nunciis acta sunt, abunde cognoscere potuisse, quantopere Maiestas Sua Caesarea hoc praeclarum et salubre toti Reipublicae Christianae institutum celebrandi Concilii generalis et oecumenici semper laudaverit et commendaverit, quodquidem quemadmodum Maiestas sua Caesarea se facturam saepissime ^{a)} recepit etiam num pro virili sua parte promovere cupit, dummodo res ita instituat ut optatum inde fructum sperare liceat, ne forte graviores discordiae et turbae inde oriantur. Ideoque Maiestas sua Caesarea non praetermisit commodas et idoneas rationes et vias querere, quibus ordines et status sacri Romani Imperii Augustanam Confessionem profitentes ad comparendum in Concilio inducerentur, aut si illi id recusarent saltem catholicis caveretur, quod ipsi sine periculo ad Concilium accedere possent; in qua cogitatione et cura, summe profecto necessaria, Maiestas sua Caesarea adhuc sedulo versatur. Quandoquidem Sanctissimus Dominus Noster ex aliquorum Electorum et Principum catholicorum responso quod Sanctitatis Suae nuntiis ad eos missis dederunt, haud obscure cognoscere potuit quam grave illis et ecclesiis eorum periculum adeundum foret, si longius a ditione sua ad Concilium recederent priusquam illis ab altera parte cautum sit. Interim autem Maiestas sua Caesarea in reliquis etiam nihil eorum neglexit, quae Maiestati suae Caesareae pro ratione muneris sui Caesarei tanquam supremo et catholico christiani orbis principi in hoc publico negotio incumbunt; adeoque iam pridem designavit viros auctoritate, doctrina et pietate praestantes, quorum opera in hoc Concilio utatur, quos utique Maiestas sua Caesarea quamprimum fieri poterit haud gravatim Tridentum mittet, et tum officio suo caesareo, tum communi necessitati afflictae Reipublicae nullo loco aut tempore deerit.

Accidit autem Maiestati suae Caesareae gratissimum, quod Sanctissimus Dominus Noster iuxta desiderium Maiestatis suae Caesareae benigne ac paterne polliceatur, cum Sanctitati Suae opportunum ac necessarium videbitur, seipsam quoque cum universo Reverendissimarum Dominorum Cardinalium Collegio ad Concilium profecturam, quoniam omnino credendum est Sanctitatis suae praesentiam rebus concilii non solum magnam auctoritatem et dignitatem conciliaturam, verum etiam summam utilitatem allaturam esse in eumque eventum Maiestas sua Caesarea uti antea quoque Sanctitati eius promisit, non modo Oenipontem usque proficiscetur, sed Tridentum quoque Deo propicio venire non gravabitur.

Sic quoque Maiestas sua Caesarea cumprimis laudat institutum Sanctitatis suae pium et optimum ipsi Concilio omnem vim et auctori-

tatem tribuendi, nam Maiestas sua Caesarea censet ea ratione statui atque incolumitati christianae Reipublicae rectissime consuli posse.

Porro quod Sanctitas eius constituerit inter alios seculares principes Moscoviae quoque ducem ad Concilium per litteras et nuntios invitare, idque ex re fidei christianae futurum putat, non est quod Maiestas sua Caesarea sese huic deliberationi Sanctitatis suae opponat, sed in eo quod Maiestatis suae arbitrio permittitur, utrum reverendissimus dominus Episcopus Pharensis vel dominus Canobius eam legationem suscipiat, Maiestati suae difficile est certi quicque statuere, quem Maiestas sua utrumque non tam ad hanc legationem quam ad alias functiones longe graviore obsequio idoneum esse novit. Itaque relinquit consilio et voluntati reverendissimi domini legati Cardinalis Warmiensis, et ipsius domini Canobii an adventum domini episcopi Delphini hic praestolari velit, ut inter se ipsimet de hac legatione suscipienda conveniant, an vero ex quo ille fortassis nondum mandata sua ubique exequutus est. Ideoque aliquandiu adhuc aberit, ipse molestiam et laborem istius itineris illo non expectato subire voluerit.

Cum praeterea Sanctissimus Dominus noster Maiestati Caesareae nunciaverit se ignorare quod responsi Maiestas sua a Sanctitate eius expectet, Maiestas sua Caesarea ea quoque de re dominum Canobium benigne informandum censet, nimirum Maiestatem suam mense Februario oratori suo apud Sanctitatem suam eius residenti mandatum dedisse, ut Sanctitatem eius certiore redderet, de responso quod electores et principes Augustanam confessionem profitentes, qui tunc fuerant, Naumburgi congregati Maiestatis suae Caesareae oratoribus in negotio Concilii dedissent a Sanctitatis suae et Maiestatis Caesareae expectatione et desiderio valde alienum transmissio ad eum hac de causa latino et germanico eius responsi exemplo, quod Maiestas sua Caesarea illum cum Sanctitate eius communicare voluit, sicuti etiam hic cum praefato Reverendissimo domino cardinali Warmiensi benevole contulerat, ut Sanctitas eius intellectis iis et accepto a caeteris quoque christiani orbis regibus et potentatibus de his rebus Concilii certo responso paterne deliberare et statuere posset, quid sibi praeterea in eo negotio pro quiete incolumitate et salute gregis christiani iuxta officium suum pastorale suscipiendum ac agendum esset.

Quaequidem cum viderentur talia quae maturam deliberationem Sanctitatis suae omnino requirerent, Maiestatem suam Caesaream sibi persuasum habuisse, quod Sanctitas eius Maiestati suae Caesareae quid in re tanti momenti amplius agendum censeat plane indicatura esset, ut collatis utrinque consiliis id fieri et tractari posset, quod ad rem recte gerendam consultissimum foret.

De qua re Maiestas Caesarea a Sanctitate eius in hunc usque diem nihil accepit.

In dorso: Copia de lo quel nuncio Canobio propuso al emperador de parte de Su Santidad, y la respuesta de Su Magestad.

a) *Hic in ms. verbum: fecit - deletum.*

N. 75.

s.l., s.d. [1561].

Ignotus

ad usum officii.

(*Lat.*; *alter exemplar huius documenti adest E. Leg. 650 f. 220, N. 74*)

A.G.S. Estado Leg. 650 f. 222.

N. 76.

Viennae, 4.V.1562.

Maximilianus, rex Bohemiae

Philippo II, regi Hispaniae

Comitem de Thenczin [Tęczyn] commendat.

(*Hisp., orig., sig. vest.*)

A.G.S. Estado Leg. 651 f. 14.

Serenísimo muy Alto y muy Poderoso Señor.

Yendo el conde de Thenczin a essas partes con desseo de ver esos Reynos, y siendo jentilhombre de la boca del Emperador my señor, he querido acompañalle con esta, para que Vuestra Alteza le conozca, y suplicalla que en todo lo que sele offresçiere en ellos le faborezca y mande tener por muy particularmente encomendado, çertificandola que resçibire yo enello syngular merced de Vuestra Alteza, cuya Serenissima muy alta y muy poderosa persona guarde y acresçiente Nuestro Señor como dessea.

De Viena a 4 de Mayo 1562

a) buen hermano

De Vuestra Alteza

Maximiliano b)

In dorso: Al serenísimo Muy Alto y muy Poderoso señor, el Rey de España my hermano.

In dorso, manu recentiori: Viena 4 de Mayo 1562. Maximiliano recomienda a Su Magestad al Conde de Thenczin.

a) *Abhinc manu propria Maximiliani*

b) *hucusque manu propria*

Pragae, 18.VI.1562.

Ignotus [Seldt?]

ad card. Granvellam

de d.r., i.a. de matrimonio sororum regis Poloniae cum fratribus regis Sueciae; de rebus Livoniae.

(Lat.)

A.G.S. Estado Leg. 651 f. 134.

.
Rex Poloniae nuptias duarum sororum cum duobus Regis Sueciae fratribus ad Calendas Augusti proxime venturas Vilinae ^{a)} condixisse dicitur. Interim tamen aiunt Suecum ipsum a latescendis locis Livoniae, quae iam in fidem ac clientelam Poloni pervenerunt, non desistere. Indeque colligunt nuptias illas Sueco non usque adeo probari, ut qui non lubenter vellet fratres affinitatum vinculis praeter modum crescere.

Eidem Celsitudini Vestrae me quoque humilime commendo.

Datum Pragae, 18 Junii 1562.

In dorso, manu rec.: Noticias de Alemania y Francia remitidas al Cardenal de Granvela. Praga 18 de Junio 1562.

a) Sic in ms; recte: Vilinae.

s. l. 2.VII.1562.

Seldt, vicecancellarius

[ad card. Granvellam?]

de d.r., i.a. de bello Livonico.

(Lat.)

A.G.S. Estado Leg. 651 f. 142.

D. Vicecancellarius Seldius, 2 Julii 1562.

Reverendissime ac Illustrissime Princeps Domine observandissime.

.
De Moschis nihil hoc tempore habemus. Et Polonus (ut mihi videtur) arma contra illos magis ostentat quam expedit; habet autem satis quod agat domi. Moschus vero, quantumvis barbarus, optime captat suas occasiones, nam toto hoc tempore quo ad arma progressus est ipse nec palmum quidem terrae amisit. Et tamen interim ita vexat vicinos ut quodammodo de illis quotidie triumphare videatur.
.

Oeniponti 2.IV.1563.

Seldt, vicecancellarius

ad diversos non nominatos (« aviso »), i.a. ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de bello a Moscovita Poloniae illato; de civitate Vilnensi in periculo posita.

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 652 f. 76.

Avisos de Alemania

El vicecanceller Seldt de Ispruque a dos de Avril 1563.

Que el Rey de Suecia embió su canceller a la Magestad del Emperador, pidiendo la confirmacion de la possession de los lugares que ha ocupado en Livonia, y que Su Magestad mande a los de Lubeque y de las otras villas maritimas que no naveguen mas en la Moscovia; que son cosas a las quales conviene mirar mucho y tomar buen acuerdo antes de responderle.

Que el Moscovito tomó al sexto assalto la villa y castillo de Polesco ^{a)}, que es la mayor y mejor fortaleza de Lituania, y con esto ocupó mas de quarenta leguas de tierra y mató y llevó presos mas de çient mil personas, y tomó su camino contra la çuadad de Wilda ^{b)}, que es la cabeça de la provincia, de manera que la Reyna de Polonia, que estava entonces a Wilda ^{c)}, fue forçada retirarse, y se fue por orden del Rey en otra villa llamada Piezco ^{d)}. Tiene el Moscovito sessenta mil tartaros, losquales usan de grandissimas y no oydas crueldades y tiranias, y mas dos çientos mil moscovitos, todos a cavallo. Y ^{e)} toda la provincia está muy turbada, porque no ay otra fortaleza para resistir a la furia del enemigo. Y que el Rey de Polonia tiene cerca de treynta mil hombres en campaña, de manera que se pensa havrá una batalla, aunque se teme que los polacos no bastaran para resistirles, y que va muy gran peligro en este negoçio.

In dorso, alia manu: Alemania. Nuevas de Alemania que dio el Serenissimo Pfinzing a Su Magestad de data de marzo y abril 1563. Politicas y religiosas.

a) sic in ms; recte: Połock.

b) c) sic in ms; recte: Vilna

d) sic in ms; forsitan « Plozco » pro « Plock »?

e) hic verbum « que » expunctum

Viennae, 8.IV.1561.

*Seldt, vicecancellarius**ad ignotum praelatum principem [card. Granvella?]**de conflictu regis Poloniae cum Moscovia, de conditionibus in Polonia, de probabili divisione Livoniae.*

(Lat.)

A.G.S. Estado Leg. 652 f. 200.

Reverendissime Princeps Domine observandissime:

Posteaquam Helvetii ad proximam Dominicam Quasimodo rursus conventuri sunt, eius controversiae, quam in religione invicem habent, componendae gratia Caesar illuc mittit legationem solemnem per quam eos ad studia pacis cohortetur. Visa enim est Maiestas Sua non solum in hoc facere officium christiani et pacifici Imperatoris erga eos, qui se adhuc ab Imperio utcumque dependere profitentur, verum etiam cavere nonnihil rebus suis, quia si grave aliquod bellum inter Helvetios exarsceret id sine aliquo incomodo vicinarum Austriae regionum vix transiret.

Turcae qui sunt in finibus nostris constanter affirmant filium Regis Ioannis occubuisse, ex equo videlicet, quo intemperantius inter venandum usus sit, praecipitatum. Quae res, si vera est, dabit proculdubio causam novorum motuum. Nos tamen ex finibus Transylvaniae nullam adhuc in hac parte certitudinem habemus. Et solent alias ea nova, quae a Turcis et ex parte etiam ab Hungaris habemus, plerumque eius esse generis ut maiori fide dignae videantur verae narrationes Luciani.

Quod legatio Regis Poloniae tam superbe et insolenter a Moscho reiecta est, suspicionem aliquam praebet quasi res inter ipsos ad apertum bellum perventura sit. Plurimae tamen difficultates Polono obsistere videntur: Primo, ingens rei nummariae inopia; deinde, quod ipse Rex pro persona sua fortasse ad res gerendas non adeo aptus est quemmodum necessitas expostularet; postremo, quod universum illum Regnum factionibus et discordiis procerum plus quam unquam antehac misere huc illuc iactatur, tanquam si prorsus esset «akephalon»^{a)}. Quapropter existimandum est ipsum Regem omnia potius quam armis tentaturum. Et forte res eum eventum habebit, ut Polonus Mosco ea parte Livoniae cedat quae est ultra fluvium Dunam, quamque Moscus nunc ex maiori parte occupatam tenet; ipse vero Polonus retineat citeriorem, in quam praesidia sua sub specie ferendi Livonibus auxilii iam immisisse dicitur. Hancque opinionem satis confirmant litterae Lubecensium, aliorumque maritimorum eius loci, nuper ad nos transmissae, quibus non solum recusant mutuum illud ad Bellum Livonicum, quod ex consensu statuum Imperii ab ipsis petatum fuerat, praestare; verum etiam aperte significant omnem eius rei conatum iam frustra esse futurum cum Livonia tota partim in Mosci, partim in Poloni potestatem devenerit.

Nam consilia fratris Regis Daniae, qui speraverat sub titulo aliquot Episcopatum quos in Livonia utcumque sibi vendicaverat aliquod operae praetium se ibi facturum, iamdudum evanescere. Videns enim in quam nassam se intricasset, consumpto non poenitendo pecuniarum numero,

tandem cum indignatione, relictis in speciem duntaxat nonnullarum arcium praesidiis, discessit, verisimiliter nunquam reversurus. Germania nostra nihil hoc tempore scriptu dignum nobis suppeditat. Eidem Reverendissimae Dominationi vestrae me quoque humilime commendo.

Datum Viennae 8 Aprilis Anno 61.

Eidem Reverendissimae Dominationi vestrae

Obsequentissimus

G. S. Seldius, d

a) In ms. litteris graecis.

N. 81.

Regiomonti, 8.X.1563.

Albertus Brandenburgensis dux in Prussia

Philippo II, regi Hispaniae

falcones mittit.

(Lat., orig., sig. vest.)

A.G.S. Estado Leg. 653 f. 1.

Serenissime Rex, potentissime Princeps: Post obsequiorum nostrorum paratissimorum diligentem oblationem, Regiae Vestrae Dignitati prosperam valetudinem, stabile regnum ac optima quaeque precamur. Serenissime Rex, domine et consanguineae colendissime: litterae Sacrae Regiae Vestrae Dignitatis, regio in nos favore refertissimae, non modo testantur gratum illi fuisse studium nostrum, quod falcones anno proxime elapso misimus, verum etiam gratulari illam de incolumitate valetudinis nostrae; utrumque hoc cum ex singulari abundantia propensissimae in nos benevolentiae proficisci animadvertamus, non possumus non hanc benignissimam affectionem magni facere, summasque eo nomine gratias Sacrae Regiae Vestrae Dignitati habere. Optaremus autem ut pro tenuitate nostra demereri favorem hunc regium condigne possemus: voluntas quidem est promptissima, sed facultas nos in magnis deficit. Quia vero delectari Sacram Regiam Vestram Dignitatem usu falconum animadvertimus, duximus in parvis hisce nostram ei gratificandi promptitudinem, quam in maioribus posse nos prestare percuperemus, qualicumque hac significatione contestatam reddere. Itaque cum hoc Sacrae Regiae Vestrae Dignitatis servitore decem falcones ei mittimus, nostro iudicio non degeneres, quos, ut Sacra Regia Vestra Dignitas ea qua erga nos fertur benignitate placide accipere, bonique consulere dignetur maiorem in modum petimus, precamurque a Domino Deo ut usus earum avium Sacrae Regiae Vestrae Dignitatis animus curis solutum plurimum oblectet favoremque in nos illius subinde renovet neque extinguere patiatur. Nos quoad nostrae rationes ferent bene semper de Sacra Regia Vestra Dignitate mereri ac colere illam nunquam intermitteremus.

Quod reliquum est Sacram Regiam Vestram Dignitatem feliciter in longa tempora optamus valere.

Datae Regiomonti, die 8 Octobris Anno Domini 1563.

Eiusdem Sacrae Regiae Vestrae Dignitatis.

Offitiosus

Albertus senior Dei gratia Marchio Brandenburgensis in Prussia, Stetinae, Pomeraniae Cassubarum ac Sclavorum Dux, Burgravius Norimbergensis Rugiaeque princeps ^{a)} manu propria A. ^{b)}

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino Domino Philippo, Dei gratia Hispaniarum, Neapolis, Hyerusalem Regi, fidei defensori, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Mediolani, Brabantiae, etc., Comiti Habsburgi, Flandriae, Tirolis etc., Domino consanguineo et affini colendissimo.

Manu recentiori: A su Magestad del Marques Alberto de 8 de octubre 1563. Le envia docealcones. Respondida.

Respondida

a) *Abhinc manu propria Alberti*

b) *hucusque manu propria.*

N. 82.

Regiomonti, 2.X.1565.

*Albertus, Brandenburgensis dux in Prussia
Philippo II, regi Hispaniae
falcones mittit.*

(Lat., orig., sig. vest.)

A.G.S. Estado Leg. 653 f. 2

Serenissime Rex, potentissime Princeps: Post obsequiorum nostrorum paratissimorum diligentem oblationem, Regiae Vestrae Dignitati prosperam valetudinem, stabile regnum ac optima quaeque precamur. Serenissime Rex, domine et consanguinee observandissime: Quando quidem intelligimus delectari Serenissimam Regiam Vestram Dignitatem falconibus iis qui in nostro Ducatu capiuntur, facere non potuimus quin pro nostra erga Serenissimam Regiam Vestram Dignitatem observantia ex anniversario eius generis aucupio nostro Serenissimae Regiae Vestrae Dignitati gratificaremur. Mittimus itaque cum praesentium exhibitore falcones decem, non muneris alicuius loco sed in significationem saltem addictissimae nostrae voluntatis et propensissimi erga Serenissimam Regiam Vestram Dignitatem animi nostri. Eas aves ut Serenissima Regia Vestra Dignitas benigno vultu accipiat offitiose et amanter cupimus, optamusque ut per omnia illae Serenissimae Regiae Vestrae Dignitatis volun-

tati et placito respondeant ac plurimum ipsam oblectent. Quotiescumque autem in levandis animi curis Serenissima Regia Vestra Dignitas usa iis fuerit nostri memoriam benigne ut recolat petimus, illudque sibi persuadeat nos offitiosi et amici Principis animo semper erga illam futuros esse. Pari enim in nos nostramque familiam affectione Serenissimam Regiam Vestram Dignitatem esse scimus. De qua ut nihil remittat amanter et offitiose petimus. Quod reliquum est Serenissimam Regiam Vestram Dignitatem feliciter valere et regnare optamus. Datae Regiomonti die II Octobris Anno Domini MDLXV.

Albertus senior Dei gratia Marchio Brandenburgensis in Prussia Stetinae Pomeraniae Cassubarum ac Sclavorum Dux Burgravius Norembergensis Rugiaeque Princeps.

Manu propria Albertus ^{a)}

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino Domino Philippo, dei gratia Hispaniarum, Neapolis, Hyerusalem Regi; fidei defensori; Archiduci Austriae; Duci Burgundiae, Mediolani, Brabantiae et Comiti Habsburgi, Flandriae, Tirolis et Domino consanguineo et affini colendissimo.

Manu recentiori: II de octubre 1565 del Marques de Brandarbur.

Remite al Rey doce ^{b)} Alcones
Respondida

a) *Subsignatio manu propria; nomen abbreviatum, viz legitur.*

b) *sic in ms.*

N. 83.

Varsaviae, 5.II.1564.

Ignotus

ad ignotum («avviso»)

de victoria a campiductore Lithuaniae supra Moscos obtenta.

(Lat., exempl.)

A.G.S. Estado Leg. 653 f. 3

Varsovia, die quinta februarii Anno Domini 1564.

Venerunt hodie a supremo ducatus Lituani campiductore litterae in quatuor chartis integris modum et seriem conflictus Litanorum cum Moschis continentes, ad Serenissimam Regiam Maestatem scriptae. Exercitum nimirum Moschoviticum quadraginta continentem millia in loco nuncupato Vlyya ^{a)} duobus a Pologleo ^{b)} milliaribus hac ex parte distantes, ab equitibus et Mercenariis militibus Lituanicis (nam nostri milites nondum se cum ipsis coniunxerant) feria quarta, quae erat XXVI Januarii,

profligatum esse et dissipatum, ita ut in loco proelii novem millia hostium ceciderint; dumque Lituani victores fugientes persecuti essent spatio quinque milliariorum hostes profligati et coesi manipulorum instar iacuerint. Exercitus Moschici supremus campiductor Dux Syvistri ^{c)} vix evasit, relicta et abiecta splendidiore pharetra, captaeque sunt quinque curruum millia armis, commeatibus, caeterisque impedimentis repleta. Capti sunt Duces Moschovitarum: Dux Siemon. Dux Palenglii ^{d)}, Dux Voinore ... ^{e)} Dmitrovicum ^{f)} quoque et Pleseiore ^{g)}. Ex aulicis quoque principis et nobilitate Moschovitica in captivitatem multi sunt abducti, ita ut firme singuli victores binos detineant captivos. Ex lituanico exercitu viginti desiderati, vulnerati propemodum ducenti. Itaque sacro summo peracto in ecclesia collegiata Deo Optimo Maximo laudes et gratiarum actiones concinnis vocibus illum devotionis plenum himnum ^{h)} Te Deum Laudamus decantando piis admixtis lachrimis peregrinus ubi etiam Reverendissimi Antistites nostri ad maius altare Suae munificentiae oblationem non sine praeclaro peregerent exemplo.

Alia manu 10-12 verba, hisp.: ⁱ⁾ Lo del beyle de los tres castillos lo principal de la comission de Moron lo de las monjas.

In dorso alia manu: Nove de Lithuania et de Moscovia de V febre-ro 1564.

Id., manu recentiori: Varsovia a 5 de Febrero 1564. Noticia de haber derrotado los polacos a los Moscovitas.

a) *Sic in ms.; recte Ula vel Ulla.*

f) *sic in ms.*

b) *sic in ms.; forsitan: « Polocko »; recte: Polock (?)*

g) *sic in ms.; forsitan: Belosiero?*

c) *sic in ms.*

h) *sic in ms.*

d) *sic in ms.*

i) *forsitan manu Philippi II, viz legitur.*

e) *sic in ms.; quattuor vel quinque litterae la-cerae, non leguntur*

N. 84.

Viennae, 25.V.1565.

Perrenot de Chantone

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de legato Poloniae Viennae deque tractationibus.

(Hisp., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 653 f. 29.

Sacra Catolica Real Magestad,

.

El embaxador de Polonia y el del Vayuoda estan aqui: ninguna cosa

se concluye en el concierto, ni aun esta resuelto el Emperador si aceptara los articulos que truxo el xaouz, el cual esta todavia aqui. Quanto a la paz con el Turco, esperase un italiano que ha ydo a Constantinopoli con uno de los que vinieron con el xaouz; piensase que de lo que traera de alla depende en gran parte la conclusion destos negocios. Digo que no esta aceptada la paz por el Emperador, porque havia un castillo que Su Magestad Imperial pretendia que el Vayuoda le devia restituir, por ser de un vassallo de Su Magestad que se havia passado al dicho Vayuoda, y el Turco entendia que aquel huviesse de quedar al Vayuoda; pero despues aca el dicho castillo ha sido tomado por Suendi, y por esto pretende el Emperador que el Turco no deve hazer instancia en el, y que por todas razones haya de quedar a Su Magestad; sobre esto no se sabe lo que respondera el Turco y demas si querra tener por bueno lo que hazen sus baxas contra la tregua, haviendo tomado la semana passada al castillo sobredicho, y despues aca cercado otro que no se les podra defender.

.

N. 85.

Viennae, [9.VI.1563.]

Perrenot de Chantone
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de tractationibus cum legato regis Poloniae.
(Hisp., orig., ex parte cryptogr.,)
A.G.S. Estado Leg. 653 f. 33.

Sacra Catolica Real Magestad

.

Los dichos turcos crescen cada dia en gente y el Vayuoda por su parte allega lo que puede; sospechase que querra juntarse con los dichos turcos; sy lo haze, y ellos tienen gana de la Trasilvania, buena coyuntura se les offrescера de tomarle prisionero y alçarse con aquella provincia. Viniendo esto a efecto podrian comoverse en ella otros humores e intenciones donde hoy en dia hay muchos que son aficionados al Emperador, y otros, que, aunque no lo sean, por librarse de la tirania del Turco, se levantarían contra ellos y en ayuda de Su Magestad Cesarea. Y todos andan descontentos destas empresas del Trasilvano, viendo que a la larga, ya que no caen en manos deste Emperador, passan grandissimo peligro de venir a las del Turco. Dios lo provea como mas convenga a su servicio. Uno de los principales Ungaros de la frontera llamado Bebech, cuyo padre renego algunos años ha y el hijo estonces vino a esta corte a hazer grandes lamentaciones, abominando mucho de su padre, se ha passado agora a la parte contraria y offresce dar tres castillos suyos importantes

para la Ungria al Trasilvano mediante cierta recompensa de otros castillos en Trasilvania ^{a)}.

Esta es la infidelidad desta gente, de la qual no se puede tomar confianza ninguna, que es lo peor y mas trabajoso ^{b)} para el Emperador, el qual embia mas gente a Suendi, especialmente de a cavallo, y a mandado dar guardia al Embaxador de Trasilvania por assegurarse del y que no trate con nadie, visto que las cosas andan desta manera y que el y el de Polonia prolongan su negociacion tanto que se les conosce la poca voluntad que tienen de venir a alguna conclusion.

.

a) b) *cryptogramma, in margine versio in claris*

N. 86.

Viennae, 1.X.1565.

*Perrenot de Chantone
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de prospectata separatione reginae Poloniae a marito
(Hisp., orig., ex parte cryptogr.)
A.G.S. Estado Leg. 653 (sin folio).*

Sacra Catolica Real Magestad

.

Algunos tienen por cierto que la Reyna de Polonia, por el maltratamiento que rescibe de su marido y que no haze vida con ella, se haya de partir para bolverse aca; y huviera ya venido, sino que a los nobles de Polonia paresce esto muy mal y no querrian que se partiesse.

.

De Viena a primero de octubre 1565.

.

^{a)} De Vuestra Magestad muy humilde vassallo y criado que sus reales manos besa.

Perrenot ^{b)}

a) *Abhinc manu propria Perrenot*
b) *hucusque manu propria.*

s.l., post 31.VIII.1566.

*Ignotus**ad usum officii**extractus litterarum episcopi Quinque Ecclesiarum, oratoris Maximiliani II imperatoris in aula Sigismundi Augusti regis Poloniae, atque relatio responsionis eiusdem regis eidem imperatori de praestito a Bona regina Carolo V dato**(Lat.)*

A.G.S. Estado Leg. 654 f. 88.

Ex litteris Episcopi Quinqueecclesiensis de XV Augusti 1566.

Misit ad me Serenissimus Rex hodie graviter conquestum de Serenissimo Hispaniarum Rege, quod ille ad requisitionem nepotis sui Trasyllani pensionem ac census omnes quos in Neapolitano Regno, alla Dogana detta Foggia, ut vocant, habebat arrestaverit, in ipsius magnum damnum et ignominiam, hoc praesertim tam alieno tempore. Non se ita male de Domo Austriaca meritum esse, ut hoc pati debeat. Huc accedere quoque, quod a certo tempore eius procuratores et agentes tum apud Regem Hispaniarum tum in Neapolitano Regno nimis inurbane atque incivilliter tractentur ab illius Serenissimi Regis ministris, atque in summa in negotiorum procuracione maiores, quam unquam antehac, difficultates experiantur. Haec se apud me, tanquam Maiestatis Caesareae fratris sui charissimi oratorem conquestum voluisse, et hac ratione molestiam, quam ex hoc illius facto coepisset, atque animi perturbationem aliqua ex parte levare ac mitigare voluisse.

Ex responso Serenissimi Regis Poloniae oratori Sacrae Caesareae Maiestatis, Lublini ultima Augusti dato.

Itaque cum credibile sit aerarium Caesareae Maiestatis tam gravi et periculoso bello non mediocriter exauriri, commodat Caesareae Maiestati eius quadrigenta millia aureorum Hungaricalinorum de summa olim a Serenissima Poloniae Regina Bona Maiestatis eius matre deside ratissima Divo Imperatori Carolo Quinto mutuo data, et in Regno Neapolitano supra Telonium Dohanae Foggiae isthic nominatim inscripta, quam etiam nunc ibidem Maiestas eius pacifice possidet, ad quam Regiae Maiestati persolvendam et Domini olim Caroli quinti Imperatoris et suis etiam propriis inscriptionibus, Serenissimus Hispaniarum Rex ad omnem Regiae Maiestatis requisitionem tenetur. Persuadet sibi Maiestas eius Regia cum ea summa quadringentorum millium aureorum Hungaricorum extra omnem controversiam sit posita, cumque in eius summae isthic possessione Regia Maiestas ipso Serenissimo Hispaniarum Rege iudice semper conservata fuerit, ac hucusque census etiam de eadem summa a Serenissimo Hispaniarum Rege quotannis Maiestati Regiae pendatur non gravatim facturum Serenissimum Regem Hispaniarum id in gratiam utrumque Maiestatum, ad quod faciendum et vigore inscriptionum et ipso iure tenetur.

In dorso: Extractus litterarum Episcopi Quinqueecclesiensis ad Sacram Caesaream Maiestatem, de XV Augusti 1566 datarum.

Item De mutuo quod Sacrae Caesareae Maiestati offertur a Serenissimo Rege Poloniae.

Manu recentiori: Relacion de la carta del Obispo de Cincoyglesias al Emperador, de V ^{c)} de Agosto 1566.

Tambien esta aqui relacion de carta de Rey de Polonia al embaxador del Emperador, de ultimos de Agosto 1566.

a) *Sic in ms.*

c) *sic in ms.*

b) *in ms.*: D.

N. 88.

s.l. 5.VIII.1566.

Ignotus

ad usum officii

relatio hispanica litterarum episcopi Quinque Ecclesiarum ad Maximilianum II.

(*Hisp.*)

A.G.S. Estado Leg. 654 f. 89.

Lo que contiene una carta en latin del obispo de Cincoyglesias al Emperador, de V de agosto 1566.

Que el Rey de Polonia se quexa mucho que Vuestra Magestad, a instancia de Transilvano su sobrino, le ha mandado embargar la pension y todas sus rentas, que tiene sobre la Duana de la Foggia en el reyno de Napoles, en daño y deshonor suyo, señaladamente en este tiempo aviendo siempre servido tanto a la casa de Austria, que no meresce ser tractado desta manera. Demas desto dize que de algunos dias aca sus procuradores y agentes por ^{a)} los ministros de Vuestra Magestad, assy en su real corte como en el reyno de Napoles, muy mal y sin respecto suyo son tractados, y, en fin, han hallado agora en las expediciones de los negocios que tractan mayores dificultades que hasta aqui.

Que para la guerra contra el Turco el Rey de Polonia presta ^{b)} al Emperador quatrocientos mil ducados Ungaros sobre la summa que la reyna Bona de Polonia su madre ^{c)} presto al Emperador nuestro señor de inmortal memoria, que esta en gloria, y esta consignada sobre las rentas dela dicha Duana dela Foggia, que el dicho Rey possee pacificamente, a que Su Magestad Cesarea y Vuestra Magestad en nombre proprio son obligados.

Y que tiene por cierto, que aviendole Vuestra Magestad mandado siempre pagar las pensiones de la dicha Summa, y siendo la deuda de los dichos quatrocientos mill Ducados tan clara y liquida, que Vuestra Magestad los mandara pagar a contemplacion del Emperador y Emperatriz, siendo de sy cosa tan justa, y a que Vuestra Magestad es obligado.

In margine: Capitulo de carta del rey de Polonia al embajador del Emperador, de postreros de agosto 1566.

In dorso manu recentiori: Lo que contiene la carta en latin del obispo de Cincoyglesias al Emperador de V agosto 1566.

a) *expunctum verbum* Vuestra

b) *erat scriptum*; ha prestado - *expunctum*

c) *hoc verbum, per errorem repetitum, expunctum*

N. 89.

Viennae 29.VI.1566.

*Perrenot de Chantone
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de rebus regis Poloniae cum Moscovia.*

(Hisp. orig., sig. ex parte cryptogr.)

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 52.

Sacra Catolica Real Magestad

.

A la parte de Schuendi se haze poco, porque no tiene mucha gente; todavia ha tomado algunos castillejos y deshecho uno bien fuerte que la gente del Trasilvano havia edificado, con el qual le podian dar algun estorvo.

.

Las cosas del Rey de Polonia no andan muy seguras con el Moscovita, y hay mucha apariencia que el Moscovita haya de romper, aunque apenas son concluydas las treguas.

.

Viena a XXIX de Junio, 1566 ^{a)}.

De Vuestra Magestad muy humilde vassallo y cryado que sus reales manos besa.

Perrenot ^{b)}

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad del Rey nuestro señor.

In dorso manu recentiori: Viena. A Su Magestad 1566. Del Embaxador Chantone, a XXIX de Junio. Reçivida a XXVIII de Julio.

a) *Abhinc manu propria Perrenot.*

b) *hucusque manu propria*

N. 90.

Viennae, 3.VIII.1566.

Perrenot de Chantone

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de rebus Poloniae cum Suecia et Moscovia, de Revalia et Riga.

(Hisp., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 54.

Sacra Catolica Real Magestad

.

El Rey de Suecia y el Moscovita, entrambos vezinos y enemigos del Rey de Polonia, andan en conciertos para trocar un puerto de mar, llamado Revel o Revalia, que es del dicho Rey de Suecia, y el Moscovita le da algunas otras tierras que convienen mas. Allegandose el dicho Moscovita y siendo señor de Revel, estaria muy cerca de Riga, que es otro puerto que pertenesce al Rey de Polonia, y podria el Moscovita hazer grandes daños, assy a las navegaciones como en las tierras del Rey de Polonia y otros principes vezinos.

.

De Viena a III de Agosto 1566 ^{a)}. De Vuestra Magestad muy humilde vassallo y cryado que sus reales manos besa.

Perrenot ^{b)}

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad del Rey nuestro señor.

In dorso manu recentiori: Viena. A Su Magestad. Mos de Chantonney, 3 de Agosto 1566. Estas no ha visto Vuestra Magestad. Reçivida a 4 de Septiembre. Sacada en relacion.

a) *Abhinc manu propria Perrenot.*

b) *hucusque manu propria.*

« Del Campo del Emperador sobre Javarin », 22.IX.1566.

Perrenot de Chantone

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de regis Poloniae ira ob negotia neapolitana.

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 61.

.
Delas reversales del Marques Hans de Brandenburg no se me ha hablado despues otra cosa, ni las ha menester, pues ellas no le obligan a mas, siendo passado el termino del Bestalung. Y tengo para mi que solamente fue un acuerdo para convidar a Vuestra Magestad a que le continuasse la pension. Con esta van las reversales del Duque Wolfong. Ha sabido el Emperador que era pensionario, porque el Duque lo declaro a todo el mundo. Su Magestad se rie dello y destas pensiones, y dize que no son de utilidad sino de muy grande obligacion; y aunque ellas se dan a tiempo, es aquistar un enemigo si se dexan de continuar, y aunque las agradescen los pensionarios, obliganse pocos dellos, y desabrense los que no las tienen. El dicho Duque esta aca con algunos cavalleros, y cierto nadie le juzga por muy gran soldado. Assimesmo ha entendido el Emperador que se avia dado otra al hijo del Conde Palatino, y dize otro tanto como desta.

.
El Emperador me ha tocado que el Rey de Polonia estava descontento de ciertas cosas que han passado en Napoles sobre las pretensiones en las quales havia pedido el favor del Emperador; y parece que lo que alli se ha ordenado se ha mas en favor del Transsilvano. Hame dado parte de ello el Emperador assi generalmente, con intencion de escribirlo mas particularmente a Dietristan.

.
Del campo del Emperador sobre Javarin a XXII de Septiembre MDLXVI.

« Del Campo del Emperador delante Javarin », 24.IX.1566.

Perrenot de Chantone

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de pecunia regi Poloniae debita.

(Hisp., exempl., orig. v. N. 93.)

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 62.

Del Campo del Emperador delante Javarin 24.IX.1566.

*Perrenot de Chantone
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de pecunia regi Poloniae debita.*

(Hisp., orig., sig.; ex parte cryptogr. Exemplar v. N. 92).

A.G.S. Estado Leg. 655 a) f. 62, 2.o

Sacra Catolica Real Magestad

Despues me entro en un otro particular de un emprestito que el Rey de Polonia le haze de quatrocientos mil ducados ungaros, que Vuestra Magestad le deve en el Reyno de Napoles; y estos son los de que venia la quexa que en mis otras cartas escrivi a Vuestra Magestad, que a requisicion del Trasilvano se havia hecho cierto negocio del qual el Rey de Polonia estava descontento, porque a peticion del procurador del Trasilvano se havian arrestado los dichos quatrocientos mil ducados assignados sobre la duana de la Foggia, como Vuestra Magestad lo vera por los billetes sacados de las cartas del embaxador que reside en Polonia por el Emperador, y de cierta respuesta que le ha dado el Rey de Polonia, offresciendo de prestar los dichos quatrocientos mill ducados al Emperador. Esto deve ser porque Su Magestad lo solicite, y tenga el Rey de Polonia la cobrança mas cerca que buscarla a Napoles, y el pleyto desta partida aclarado y acabado contra las pretensiones del dicho Trasilvano.

Del campo del Emperador delante Javarin a 24 de Septiembre 1566.

a) In ms. nota archivi: 654. Error

Viennae, 2.XI.1566.

*Perrenot de Chantone
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de adventu Viennam [Catharinae] reginae Poloniae.*

(Hisp., partim cryptogr., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 67.

Dos horas despues que yo vine aqui, llego la Reyna de Polonia, muy gorda en extremo. La Emperatriz le mando adresçar el aposento en unas casas nuevas que el Emperador ha labrado y tienen passadizo para Palacio, y Su Magestad la recibio en el dicho aposento como huespeda.

La dicha Reyna tiene licencia de su marido por algunos meses; mas muchos son de opinion que no bolvera, antes se yra a hazer vida con sus hermanas, que se quieren retirar en un monesterio

Entiendo de cierta parte que ella esta muy puesta en querer comulgar sub utraque, y no hay quien se lo pueda mas estorvar, si no es la Emperatriz, que no dudo hara lo que podra; y viene muy a proposito que la dicha Reyna habla italiano, porque se puedan mejor entender. En lo demas, esta en lo de la antigua religion.

Quando el Emperador llevo a este lugar, las dichas Emperatriz y Reyna le fueron a recebir hasta la escalera, y el dia siguiente el Emperador se fue a comer con la dicha Reyna en el aposento della.

.

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad del Rey nuestro señor.

In dorso manu recentiori: Viena. A Su Magestad, de Mos de Chantone a II de Noviembre 1566. Reçivida a XXX del mismo. Sacada en relacion.

N. 95.

Regiomonti, 7.X.1566.

*Albertus Brandenburgensis, in Prussia Dux
Philippo II regi Hispaniae
pro consuetudine annua decem falcones mittit.
(Lat. orig.)*

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 70.

Serenissime Rex Potentissime Princeps, post obsequiorum nostrorum paratissimorum diligentem oblationem. Regiae Vestrae Dignitati prosperam valetudinem, stabile Regnum ac optima quaeque praecamur. Serenissime Rex, Domine Consanguineae ^{a)} et Affinis charissime. Pro consuetudine nostra annua Regiae Vestrae Dignitati iterum decem transmittimus falcones, a Deo optimo maximo petentes, ut Regia Vestra Dignitas iis multa cum delectatione foeliciter utatur. Si etiam Regiae Vestrae Dignitati in maioribus studium erga ipsam nostrum declarare potuerimus, id pro ea, quae cum Regia Vestra Dignitate nobis intercedit arcta ^{b)} coniunctione, animo libentissimo sumus praestituri. Quod reliquum est Regiam Vestram Dignitatem quam et amamus et colimus plurimum, protectioni Divinae ab omnibus rebus adversis clementer tutandam, etiam atque etiam commendamus. Datae Regiomonti VII^a die Octobris Anno MDLXVI ¹⁰. Albertus Senior Dei gratia Marchio Brandenburgensis ac in Prussia, Stetinae, Pomeraniae Casubarum ac Vandalorum Dux, Burgavius Norimbergensis, Rugiaeque Princeps ^{c)}. Manu propria. Albertus ^{d)}.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino Domino Philippo Dei gratia Hispaniarum, Neapolis, Hierusalem, Regi, fidei defensori, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Mediolani, Brabantiae, etc.,

Comiti Habsburgi, Flandriae, Tirolis etc., Domino Consanguineo et Affini colendissimo.

Manu rec.: A Su Magestad, del Maestre de Pursia ^{a)} a VII de octubre 1566. Recibida a ^{e)} Embia los halcones y offregese a servir a Vuestra Magestad. Respondida.

a) *Sic in ms.*
b) *in ms. acta*

c) *abhinc manu propria Alberti.*
d) *hucusque manu propria.*
e) *spatium album.*

N. 96.

Viennae, 15.I.1567.

Ignotus

ad personas non nominatas (« aviso »)
de d.r., i.a. de Tartaris in Valachia.

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 656 f. 1.

De Viena, a XV de Enero, 1567

.

Por via da Polonia se entiende que los Valacos, por quitarse del trabajo y danno que les haze la gente tartara viniendo a la guerra de Ungria, se han concertado con los dichos Tartaros de cortar un camino por los bosques y montañas que hay entre el Rey de Polonia y la Valaquia, que seria muy corto para venir a caer a Caçovia, Eslesia y Moravia; que de otra manera, los Valacos, tributarios del Turco, son forçados de darle passo por su tierra, y si no, los Tartaros havrian de dar buelta hasta el Mar Negro, por evitar las montañas que hay entre la Valaquia y Ungria. Creese que los Polacos lo estorvaran, a lo menos lo havrian de hazer, porque aquel passo les seria tambien de mucho perjuzio.

.

N. 97.

Regiomonti, 26.IX.1567.

Albertus, marchio Brandenburgensis ac in Prussia dux
ad Philippum II regem Hispaniae
falcones mittit.

(Lat., orig.)

A.G.S. Estado Leg. 656 f. 14.

Serenissime Rex Potentissime Princeps, post obsequiorum nostrorum paratissimorum diligentem oblationem. Regiae Vestrae Dignitati prosperam valetudinem, stabile Regnum ac optima quaeque praecamur. Sere-

nissime Rex, Domine Consanguinee et Affinis charissime. Pro consuetudine nostra annua Regiae Vestrae Dignitati iterum nunc 12 transmittimus falcones, a Deo optimo maximo petentes, ut Regia Vestra Dignitas iis multa cum delectatione feliciter utatur. Si etiam Regiae Vestrae Dignitati in maioribus studium erga ipsam nostrum declarare potuerimus, id pro ea, quae cum Regia Vestra Dignitate nobis intercedit arcta coniunctione, animo libentissimo sumus praestituri. Quod reliquuum est Regiam Vestram Dignitatem quam et amamus et colimus plurimum, protectioni Divinae ab omnibus rebus adversis clementer tutandam, etiam atque etiam commendamus. Datae Regiomonti XXVI^{ta} die Septembris Anno MDLXVII^o. Albertus Senior Dei gratia Marchio Brandenburgensis ac in Prussia, Stetinae, Pomeraniae Cassubarum ac Vandalorum Dux, Burgravius Noribergensis, Rugiaeque Princeps ^{a)}. Manu propria A. Möncker ^{b)}.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino Domino Philippo Dei gratia Hispaniarum, Neapolis, Hyerusalem, etc. Regi, fidei defensori, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Mediolani, Brabantiae etc. Comiti Habsburgi, Flandriae, Tirolis etc. Domino Consanguineo et Affini colendissimo.

Manu rec.: A Su Magestad. Del Marques de Brandemburg a XXVI de setiembre 1567.

Alia manu: Le envia los docealcones que acostumbraba enviarle todos los años.

a) *Abhinc manu propria Möncker*

b) *hucusque manu propria*

N. 98.

Matriti, 17.IV.1565.

*A. Dietrichstein.
ad Philippum II regem Hispaniae.
de d.r., i.a. de regis Poloniae matrimonio.
(Hisp., orig., sigil.)
A.G.S. Estado Leg. 657 f. 2.*

Sacratissimo senor.

.

En lo dela venta de Napoles el Imperador tambien espera que atento a lo que ya otras vezes tengo dycho al Imperador, que en gloria sea. De todos los reynos y estados de sus abuelos de aqua no le ha quedado otra cosa que estos sessenta myl ducados, que Vuesa Magestad no porna dificultad de tomallos a seys por ciento, pues lo que Vuesa Magestad paga de mas de lo que alla se venden es tan poquo, que en contemplacion de lo ya dycho Vuesa Magestad bien puede azer dello ventaja a su ermano.

.

Quanto al Rey de Polonia, Su Magestad se contenta con lo que Vuesa Magestad aze; que lo que pydio lo yzo a instancia de aquel Rey. El qual me paresce que despues de estar ya tanto tiempo casado, se alla agravado en su consciencia de aberse casado con su mujer, y busqua achaques para apartarse della. El Imperador ha embyado embaxadores suyos alla a persuadylle se quite deste mal proposito. No se lo que ara; segun el es, temo que aprovechara poquo.

.

De Madryl alos XVII de Abryl el año 1565. Criado de Vuesa Magestad

A. Dietrichstam ^{a)}

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad, el Rey de España my señor.

In dorso manu recentiori: A Su Magestad. Dietrichstan, a XVII de Abril 1565.

a) *totum manu propria Dietrichstein.*

N. 99.

Constantinopoli, 29.XII.1566.

Ignotus

ad ignotum

timorem exprimit ne Turci pace cum Persis, Polonis, Venetis conclusa contra Imperatorem se vertant.

(Lat., exemplar)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 13.

.

Ex aliis literis Constantinopoli datis

de 29 Decembris 1566.

Ego omnino vereor ne princeps Turcharum, fiducia tantae potentiae incitatus a suis consiliariis, simulatque res suas domi constituerit, et cum rege Persarum, Polono atque Venetis pacem renovarit rabidi ursi instar fortunam periclitari et contra Maiestatem vestram exercitum ducere atque adversus regem catholicum classem emittere volet.

Pragae, 31.III, 1.IV.1567.

*Perrenot de Chantone**ad Philippum II, regem Hispaniae**de d.r., i.a. de duce Lignicensi, subdito coronae Bohemiae, et de conflictu Polonorum cum Suecis inter Revaliam et Pernoviam.**(Hisp., orig., sigil.)**A.G.S. Estado Leg. 657 f. 29.*

.

Cuanto al Duque de Lignitz he resuelto con Su Magestad que le embiara a llamar, porque es bassalo de la corona de Bohemia, y el y todos los de las Cortes son obligados por juramentos y publicaciones publicas de no yr a servir a ningun principe sin licencia expresa del Emperador. Por tanto no se maraville Vuestra Magestad si en mandatos se reseava la Corona de Bohemia y sus dependencias, que es porque no tomen libertad de salir a tomar servicio, o no se mormure que contra lo concludyo en las Cortes se licencien los unos a tomar partido, y no los otros, pues no es cosa que toque a la dicha Corona. Y que el Emperador persiste que le seria en perjuizio y danno si Su Magestad los huviesse menester contra el Turco, porque halla el servicio de los reytres tan pesando y dificultoso que determina si es possible no servirse de otros que de sus vassallos. El dicho de Lignitz cubrese con dezir que no sirviendo contra la corona de Bohemia no offende al Emperador, sin considerar que esta obligacion es natural, y no la que se ha puesto despues por las Cortes.

.

Una batalla ha havido entre los Reyes de Polonia y Suecia cerca de los XV del mes del hebrero entre la ciudad de Revel, que el Rey de Suecia tomo estos annos passados al de Polonia, y la ciudad de Pernau, que es del Rey de Polonia. Murieron de los de Suecia cerca de quatro mil hombres y quinientos presos; y entre los muertos hubo ochozientos cavallos de Moscovia, de los que el dicho Rey de Suecia tenia a su sueldo. El Capitan General deste Rey fue derrocado de su cavallo y no se sabe como escapo.

La ocasion desta batalla ha venido porque algun numero de cavallos del Rey de Polonia tenia los passos y hazia correrias para que en el invierno no se llevasse vituallas a la dicha ciudad de Ravel, que es casy el principal puerto de mar de toda la Livonia, para que en la primavera pudiesen mas facilmente cercarla y cobrarla; y por esta necesidad han sido forçados los de Suecia a juntar gente de sus presidios y tentar por fuerza de armas de quitarse de embarasço de aquella gente del Polaco. Y todavia trata el de Suecia de hazer un trueco de aquel puerto de Revel con el Moscovita, y tomar en cambio algunas tierras de la Livonia, que le vienen a comodo. Sy esto se hiziesse, como ya lo he escripto a Vuestra Magestad otras vezes, seria de grandissimo perjuyzio para el Rey de Polonia, y un embarasço grande a los que navegan por aquellos mares, porque el puerto es capacissimo, y el Moscovita, siendo tan poderoso, podria tener una armada de contino y hazer infinitos dannos.

a) De Vuestra Magestad muy humilde vassallo que sus reales manos besa.

Perrenot b)

In dorso: A la Sacra Catolica Real Magestad del Rey Nuestro Señor.

Manu recentiori: Praga. 1567. A Su Magestad, del Embaxador Chantone, de ultimo de Março y primero de Abril. Reçivida a ultimo del mismo. Sacada en relacion.

a) *Abhinc manu propria Perrenot.*

b) *hucusque manu propria.*

N. 101.

s.l., [post 12.VII.1567.]

Ignotus

ad usum officii

relatio epistolae Perrenot de Chantone ad regem Hispaniae de Vienna 28.V.1567, de d.r., i.a. de apostasia episcopi Quinque Ecclesiarum, qui munere legati Imperatoris in Polonia fungebatur.

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 44.

Relaçion de lo que scrive a Vuestra Magestad el Embaxador Mos de Chantone por çinco cartas de XXIIII de Mayo y VII y XIII de Junio, IX y XII de Julio 1567.

Por la de XXIIII de Mayo.

.
Que el Obispo de Çinco Yglesias, que stava por Embaxador del Emperador en Polonia, se avia casado con una dama dela Reyna de Polonia, y lo demas que sobre esto se discurria.

.

N. 102.

s. l. - s. d. [1567].

Ignotus

ad personas non determinatas (« aviso? »)

de ingressu Grodnam legationis quam Moschus ad regem Poloniae misit. (Lat., Adest eiusdem scripti exemplar. E. 657 f. 55 item versio hisp. E 672 f. 54)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 56.

Die 24 Julii 21 hora tres oratores magni ducis Moschorum ad serenissimum regem nostrum Poloniae missi, ingressi sunt Grodnam cum

magno superbo et barbarico apparatu, erant numero mille quadringenti equites omnes computando. Inter hos erant fere trecenti viri, bene auro et argento ficticio vestiti ad apparentiam et fastum, pileos praeacutos habebant, gemmis ornatos in universum. Reliqui vestes sericeas diversi coloris, ultimi depictas vestes variis coloribus habebant, omnes cum arcubus et pharetris, minor pars cum phrameis. Reliqua multitudo secures et maleolos habebat. Hos sequebantur octingenti et septuaginta currus, quemlibet currum bini equi trahebant. His oratoribus tres barones obviam missi sunt ex Consilio Lituano ut illos exciperent et ad hospitium deducerent. Horum fere erant cis vel circa 3000 equitum, erat fastus contra fastum, prout mos est utriusque gentis, qui se bene norunt inter se.

Cum iam ordinata acies in conspectum alterius venerant, nunquam vidi rem magis facetam et ridiculam, praesertim in tam splendida numerosa et seria legatione. Imprimis immoto superbo et feroci vultu, una pars alteram inspiciebat, tanquam essent muti. Hic gestus fuit per satis longum spacium, donec ultimus orator Moschorum in haec verba prorupit: quid tandem facitis? quid nobis nomine regis dicitis? quomodo nos excipitis? Noster vero etiam ultimus dedit responsum: Cum, inquit, vos ex equis descenderitis, nos dicemus ea, quae in mandatis habemus. Vos, inquit Moschus, prius descendite, quia nos sumus magni imperatoris Moschorum, magni oratores. Tandem Lituani: Immo vos prius, tanquam hi, qui ad regem nostrum negociatum venistis, ex equis descendatis. Haec et alia per unam horam altercando consumpserunt. Tandem ut simul descenderent est conclusum, sed etiam hac in re, unus cum altero fraude in descendendo egit, ita ut Lituani in hac barbarica caeremonia fuerit superior. Exceperunt illos tandem, sed non ciceroniano modo, illi quoque eodem modo responsum dederunt. In summa pata pagata ^{a)}. Omnes isti inuunt regiis superfluis sumptibus et expensis, quandoquidem illorum expensas singulis septimanis 2000 florenorum impenduntur. Pro consuetudine gentis sunt voraces et bibaces, residuitatem vendunt nostris coniventibus, quia Magnus Dominus Kotkiewisz ^{b)}, Castellanus Trocendis cum splendidiorem et satis etiam numerosam legationem ante duos annos in Moschovia habuisset, liberalissime eum tractarunt et omnibus necessariis abunde prospexerunt, tamdiu quoad ab ingressu in il lorum provincia versabatur. Exitus huius legationis est in manu Dei.

In dorso, alia manu: Relación de la entrada de los embaxadores del Rey de Moschovia al Rey de Polonia.

a) Sic in ms.

b) sic in ms. pro: Chodkiewicz

N. 103.

s.l. [post 25.VII.1567].

Ignotus

ad personas non determinatas (« avviso? »)

de clade quam Romanus [Sanguszko] exercitui moscovitico attulit [ad Czasniki] super flumen Dvina.

(Lat., item vers. hisp. E 672, f. 52)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 57.

Anno Domini 1567 die vigesima quinta Julii profligata sunt de-

cemseptem millia Moschorum, supra fluvium Dwyna non procul a Wythepsko a duce Romano palatino braslaviensi capitaneo campestri Lithuanae serenissimi Regis Poloniae. Ex quibus septem millia Moschorum in acie partim sunt caesa, partim capta, duo vero millia circiter in aquis sunt submersa. Duces autem exercitus Principis Moschorum praecipui in hoc proelio sunt interfecti; ut pote Petrus Srebrni, Georgius Kolikow et Simon Paleczky palatini Moschoviae. Post hunc statim conflictum obsedit idem dux Romanus quatuor millia Moschorum duce Tokmakow, quiquidem palatinus Tokmakow audita strage suorum (quae facta fuit in distantia aliquot milliarium germanicorum ab illo loco, in quo ipse ex mandato sui principis Moschorum coeperat extruere munitissimum castrum in ditione Lithwanica supra flumen Dwyna, fossis et aliis impedimentis, sese cum suis munivit); expectatur nuntius ^{a)} in dies de successu istius obsidionis. Occasio tantae victoriae haec fuit. Dux Romanus palatinus braslaviensis cum esset in custodia illorum confinium ditionis Lithwanicae cum Moschovia, occasiones omnes quaerebat, ut Moschos incautos (qui duce palatino Tokmakow, paucitate exercitus sui contempta, arcem novam in ditione Lithwanica idque in opportunissimo loco extruere ceperant) repellere aliqua ratione possit. Cumque intellexisset ducem Petrum Srebrny cum decemseptem millibus equitum a Tokmakowio propter praesidium illius fabricae castris, in aliquot milliariis castra sua posuisse, sperans illum eo securiorem esse, quod nullus validus exercitus serenissimi Regis Poloniae sub id tempus in illis confinibus reperiebatur, delectu suorum habito, acceptisque secum mille quingentis equitibus, et octingentis pixidariis peditibus, quos equis villanorum super imposuerat ^{b)}, quaerens occasiones rei bene gerendae, incidit primo in sexingentos Tartarorum Cosanensium ^{c)} equites, qui erant in prima custodia exercitus ducis Srebrny constituti. Quos cum tam feliciter Romanus dux profligasset, quod nullus plane nuntius illorum cladis ad exercitum Moschorum pervenisset, ex captivisque Tataris magnam esse securitatem in castris hostium intellexisset, nihil moratus, hostium exercitum summa celeritate adortus, cumque in primo conflictu dux supremus exercitus Moschorum Petrus Srebrny fortiter pugnando cum quibusdam aliis principalibus interfectus fuisset; tandem Moschi, in fugam effusi, victoriae tam insignis occasionem nostris praebuerunt.

Qua victoria oratores Moschi Grodnae intellecta, cum ante proximos dies magna superbia in tractatibus pacis uterentur, nunc humaniores quodammodo effecti honestiores conditiones pacis proponere nostris videntur. Sed cum pro conclusione istarum honestiorum conditionum non satis autentica mandata nostri non usque adeo fidem esse habendam illis ducunt; quid fiet brevi sciemus.

In dorso manu recentiori: El encuentro que hubo a XXV de Julio passado entre XVII mill Moscovitas y un capitan del Rey de Polonia y la causa del.

Alia manu: 25 de Julio 1567.

a) *In ms.*: nuntium

suerat sunt *in margine scripta*.

b) *verba:* quos equis villanorum super im-

c) *sic in ms.*; loco Casanensium (a *Kazan*).

Matriti 23.VIII.1568.

A. Dietrichstein
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de differentia cum rege Poloniae componenda.
(Hisp., orig.)
A.G.S. Estado Leg. 658 f. 10.

Sacratissimo Senor.

Con el correo que vino de Alemania antes de ayer tube estas cartas del Imperador y la Imperatriz, mys senores, para Vuestra Magestad, que aquy embio; y quedan Sus Magestades buenos.

Demas desto Su Magestad Cesarea me manda significar a Vuestra Magestad

Nuestro Señor guarde la vida y estados de Vuestra Magestad con todo el accrescentamiento que los criados de Vuestra Magestad desseamos, de Madril a los 23 de Agosto el 1568.

Tambien dessea mucho (El Emperador) que la diferencia entre Vuestra Magestad y el Rey de Polonia llana y amigablemente se componga, y assy pide y ruega muy affectuosamente a Vuestra Magestad que en todo lo que fuere possible no dexe de complazer a aquel Rey, y que el lo terna en tanto como sy Vuestra Magestad lo yziesse a Su Magestad mismo.

Criado de Vuestra Magestad
A. Dietrichstam ^{a)}

In dorso: A la Sacra, Catolica, Real Magestad, el Rey de España my señor.

Manu recentiori: A Su Magestad, de Dietristan, a XXIII de Agosto, 1568.

a) Totum manu propria Dietrichstein

Wadstenis, 9.X.1569.

Ioannes III, rex Sueciae
Philippo II regi Hispaniae
de rebellione Erixi, fratris sui, deque d.r., i.a. de rebus Poloniae.
(Lat., orig., sig. vest., maxima forma; charta ex parte delacerata)
A.G.S. Estado Leg. 658 f. 75.

Iohannes Tertius Dei gratia Suecorum, Gothorum, Wandalorum etc.
Rex Serenissimo Principi Domino Philippo, Hispaniarum etc. Regi Catho-

lico, Amico et Consanguineo nostro carissimo, Salutem, Regnorum, omnium rerum foelicissimos successus a Deo Optimo Maximo ex animo optamus. Serenissime Rex, existimamus Serenitati Vestrae satis constare Nos ante annum ad Regni Sueciae administrationem Dei Omnipotentis auxilio pervenisse. Verum enim ^{a)} Serenitas Vestra nondum forte satis intellexerit, quam iustis de causis arma adversus fratrem nostrum Ericum Sueciae quondam regem suscipere coacti fuerimus. Itaque Serenitati Vestrae donec ampliorem omnium causarum declara[tion^{b)}em, typis excusam et publicatam transmiserimus annui hisce significandum duximus, nobis aequissimas et gravissimas ad id faciendum causas fuisse: tum ut eo unico nobis relicto medio, honori, vitae atque saluti nostrae carissimae nostrae coniugis, liberorum, fratrum quoque sororum et aliorum in sanguine atque affinitate nobis iunctorum, contra regis ipsius impiam tyrannidem et nefanda consilia cum sceleratis suis consiliariis communicata, consulamus; tum ut ipsam quoque patriam nostram, Sueciae et Gothiae Regna, a tristi calamitate qua tum annos octo immitti ^{c)} eius suo imperio oppressa fuerant, Dei Omnipotentis auxilio liberaremus. Omni enim cura semper enituit ^{d)}: et omnibus ingenii viribus in id intentis sceleratissime consultavit, ut nos cum carissimis nostris fratribus et praecipuis ex nobilitate Regni Sueciae, quorum consilio et virtute suam tyrannidem et impiis consiliis reprimi ac impediri posse suspicabatur, e medio tolleremur. Imprimis enim praedictus noster frater Ericus tantum ex veteri et iniusto in nos odio atque invidia ex nefario quoque aliorum perditissimorum hominum instinctu praeter omnem iustitiam atque aequitatem ante aliquot annos hostilia adversus nos arma movit, nobis ducatum nostrum ademit in Finlandia, et in maxima vitae discrimina nos cum carissima nostra coniuge immerito coniecit, hanc praetexens causam, quod ipso invito Serenissimum Poloniae Regem etc. nobis affinitate devinxerimus, cum tamen ipse id non tantum approbat, rerum etiam ad affinitatem eam ineundam exhortatus fuerat, sicut ipsius literis id comprobari potest. Similiter ante annos duos in urbe nostra Upsalia quosdam praecipua et veteri ex nobilitate praeclaros, ac imprimis consanguineos nostros, nullius criminis commissis crudelissime immerito in carcere trucidari curavit et proprias quoque manus nefando homicidio ad pessimorum hominum memoriam polluit. Ac nisi Deus Optimus Maximus avertisset, in nos quoque simile aut quid tristius statuere in animo habuisse comperit, ut carissimam thori nostri Consortem, nunc Sueciae Reginam et natam Poloniae principem, inaudito exemplo Moscorum Principi transmittere posset sicut id literis suis eidem receperat. Postea quoque licet inter nos et illum amice ac fraterne transacta et composita essent omnia, odium tamen ipsius in nos ne sic quidem occidere potuit, quin iterum consultavit, quomodo nos in nuptiis suis (quas cum foemina ex infimo et obscurissimo nata loco celebravit) veneno tolleret, quo vel ita promissis suis impiis de carissima nostri thori consorte iam dicto Moscorum principi transmittendam staret. His autem consiliis, divinitus impeditis Serenissimi Sueciae Regis Gostavi, parentis nostri, pia memoriae relictam et sorores nostras carissimas una cum praecipuis quibusdam nobilibus matronis in Moscovia ablegasset, nisi id quoque, Deo auxiliante, a nobis praeoccupatum fuisset. Cum vero hisce malis et calamitatibus finis nullus imponeretur et nos ea nullo alio evitare poteramus medio, quam ut iustissimam et plus quam necessariam nostri nostrorumque susciperemus defensionem. Ideo nos consilio et auxilio carissimi nostri fratris illustrissimi principis Domini Caroli Sudermanniae, Nericiae et Wermianae ducis

et praecipuorum ex nobilitate rem eam aggressi sumus. Et quoniam imperia non tam gladio et armis, quam divina providentia constituentur, Deo Optimo Maximo gratias agimus, qui clementi suo auxilio nobis adfuit, nostra consilia rexit, et institutum nostrum ad felicem et optatum eventum deduxit, ita ut nostram in potestatem totum Regnum cum rege Erico fratre nostro multorum coedem pervenerit, nosque omnium ordinum ac statuum Regni unanimi consensu in Sueciae Regem sicut et alioqui haereditarum successionis ius ex paterni quoque testamenti constitutione ad nos spectat. Solenni coronationis inauguratione confirmati simus, non dubitantes Serenitatem Vestram omnesque christianos reges ac principes, quibus de sceleratis ipsius regis Erici consiliis aliquid constiterit, hanc mutationem et nostris nostrorumque a tantis malis, quibus antea oppressi fueramus, factam liberationem nobis congratulaturam. Postquam vero divina providentia ita ad huius Regni administrationem pervenimus, ante omnia in eam curam incumbendum duximus, ut diuturno ac periculoso hoc bello (quod regis Erici tempore inter Sueciae et Daniae regna, non sine eorundem regnorum et vicinarum gentium maximo damno ac detrimento hactenus gestum est) amice composito, eius in locum tuta et tranquilla pax atque christiana concordia inter nos et vicinos nostros restitui ac coli posset. In eumque finem statim regni nostri initio et postea legatos nostros cum in Daniam tum etiam ad proximum conventum, qui Danorum etiam consensu in Regnorum finibus XXIX Julii habitus est, de pace iustis et aequis utriusque conditionibus instauranda tractaturos misimus. Eandemque nostram voluntatem ad honesta publicae pacis atque concordiae studia propensam significavimus civitatum maritimarum oratoribus, quos ad memoratum Ericum fratrem nostrum pro pacificatione missos regia nostra in urbe Stockholmia, ea a nobis deditione occupata ante annum invenimus. Et quamquam Danorum rex et verbis et literis quidem ad nos antea datis, spem nobis fecerat, se honestae pacis nobiscum ineundae cupidissimum esse et studiosissimum fore: multis tamen modis deinceps manifeste declaravit, se non tam publicam pacem et concordiam expetere, quam familiaribus literis et tractationibus, adeoque omnibus suis consiliis ea tantum quae sibi suisque commodo ac emolumento esse queant, Regni Sueciae summo cum incommodo atque detrimento quaerere. Id quod abunde et liquido videre licet, cum ex transactionis conditionibus, ab ipso propositis, iustitiae atque aequitati omnino contrariis, quales victis a victoribus alias praescribi solent: tum etiam ex eo, quod multo ^{e)} antequam de pace in finibus proxime tractari coeptum est, ubi intellexit nos in Serenissimi Poloniae Regis, fratris et affinis nostri carissimi, gratiam, ab armis desistere, sicut id eius Serenitatis in Dania oratores, ne alioqui pacis tractandae ac transigendae occasio impediretur, a nobis petierunt, ibi Dani ac Lubecenses in portu urbis nostrae Revaliensis et nostros et aliorum regum ac principum subditos commercii causa eo profectos hostiliter invaserunt ac spoliaverunt. Neque eo tantum fine Dani ac Lubecenses bellicis navibus Revaliam versus iter suum intenderunt, ut mercatoribus ibidem negotiantibus . . . ^{f)}, sed etiam ut ea occasione per legatos suos in Moscoviam missos, cum Moscorum principe sese coniungerent, eumque adversus nos nostraque regna et ditiones nobis subiectas, totamque Livoniam excitarent. Iam denique postremo et quidem ante triduum literas Danorum regis tabella-

rius nobis attulit, quibus Danorum rex satis superque ostendit, se non solum ab omni amica et iusta reconciliatione nobis cum ineunda animo prorsus alienum^{f)} um quoque praeter usitatam et receptam ubique terrarum christianis regibus ac principibus bellum denunciandi consuetudinem plane Turcarum more^{f)} nostra Regna, subditos nostros et^{f)} nobis nostris que adiuncti auxilio adfuerint, ipsorum etiam adiutorum adiutores, gladio, caede, incendio, rapinis, vastationibus et si quae praeterea^{f)} ipso excogitari poterint^{f)} terra marique pro extremis suis viribus persecuturum prout ipsius in litteris ea omnia expresse continere suo tempore^{f)} vero fieri facile^{f)} familiari, in nos omnes remoratae pacis culpam scriptis suis ad Serenitatem Vestram, aliosque reges ac principes missis transferant, cum ha^{f)} loca^{f)} nationibus aliqua^{f)} quam Daniae Regnum distent, nec tam facile quid a Daniae fiat nobis innotescere possit. Itaque peramanter rogamus, ne Serenitas Vestra aliter^{f)} pacem et^{f)} iustis et aequis utrinque mediis cum adversariis nostris ineundam animo nos propensos. Nos enim coram Deo et omnibus christianis principibus testatum^{f)} summis quod sicut sint nihil magis adhuc cupimus, quam ut inter nos et omnes christianos reges ac principes omnia amicitia studia sincera constent ac con^{f)} neglectum responsum quantum quidem in nobis fuerat, quod bello hoc finiendo et communi paci instaurandae honeste conducere potuisset. Et quamquam Danorum Regis et Lubecensium legati sta^{f)} in ipso principio tractationis, quae proximo in conventu suscepta erat, expresse significarunt se ad nullam transactionem descensuros, priusquam omnibus Danorum et Lubecensium postulatis a nobis satisfactum esset: nihilominus tamen volebamus, ut nostri ad eum conventum missi legati, prioribus nostris mandatis insistentes, summam darent operam, ut hoc diuturnum bellum vel ad optatum pacis finem aequis et iustis mediis deduceretur, vel induciae saltem interea statuerentur, ut eo melius et commodius de componendis inter haec Regna controversiis et reconcilianda amicitia alio in conventu tractari et transigi posset. Praeterea licet ad id non tenebamur, Danis aliquot provincias et naves hac belli tempore iustis armis et belli iure ipsis ademptas restituere tum voluissemus, dummodo vel ea ratione transactio fieri potuisset. Verum adversarii eiusmodi aequissimis mediis, quae ultro ex sponte, non nisi publicae tranquillitatis et concordiae causa tum temporis obtinuimus, reiectis, ne quidem inducias ullas admittere voluerunt, donec ante triduum bellum apertum literis denunciarent. Quod si itaque ipsis bellum a se renovatum ac denunciatum magis continuare, quam honeste paci studere placuerit: nos id Deo tum committimus et omnino protestatum volumus, nos extra culpam esse, si quid damni ac detrimenti ex novis bellis Respublica Christiana patiatur. Atque haec sunt, quae Serenitati vestrae, cui ad gratificandum animo sumus paratissimi, pro ratione huius temporis amice significanda duximus. Hisce eandem Serenitatem Vestram in Dei Omnipotentis protectionem commendantes. Datae Wadstenis IX octobris anno Christi MDLXIX Serenitatis Vestrae consanguineus carissimus Iohannes Rex Suecorum.

a) Verum enim *viz legitur*

b) *idem*

c) in *ms.*: imiti

d) in *ms.*: ult: *lectio incerta*

e) *lectio incerta*

f) hic *aliquae litterae desunt (foramen)*

s.l. s.d. [1573].

Ignotus

ad ignotum, [Philippum II, regem Hispaniae?].

de 30.000 florenis expensis in negotio electionis Archiducis Ernesti in regem Poloniae.

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 659 f. 90.

Haviendose distribuydo en el negocio de Polonia los 30.000 florines que Su Magestad mando embiar al Conde de Montagudo por una cedula del Thesorero Juan Fernandez Despinosa, y entendiendose que las cosas de la election caminavan en favor del Emperador y de su hijo el Principe Ernesto, y que si agora afloxassen los officios y regalos comenzados se podria temer del buen successo, el Emperador y la Emperatriz con mucha instancia pidieron al Conde les proveyesse otros 30.000, offresciendole que quando Su Magestad no lo tuviesse por bien se los bolverian. El qual, constandole de la necesidad y buena ocasion y que eran para negocio tan honrrado, y acordandose de lo que Su Magestad le avia escripto, es asaber, que en caso que la negociacion de Polonia passasse muy adelante en favor del Archiduque, su sobrino, no dexaria de proveer mas dinero, por tenerle en el mismo grado que si fuera su hijo; considerado todo lo dicho y otras causas y razones muy justas, hizo tal diligencia que muy en breve hallo los dichos 30.000 florines y los entrego, con muchas gracias del Emperador y Emperatriz y sus hijos. Y assi supplica a Su Magestad mande se le libren en la primera feria en Augusta (o Chamberi), porque no corran mas intereses de los que havran corrido para entonces.

Madriti s.d. 1569.

Philippus, II rex Hispaniae

ad Sigismundum Augustum, regem Poloniae.

de Petro Volscio [Dunin Wolski], post 8 annos Poloniam revertente.

(Lat., minuta)

A.G.S. Estado Leg. 660 f. 54.

Philippus Dei gratia Rex Hispaniarum, Utriusque Siciliae, Hierusalem etc., Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae ac Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriae et Tirolis etc. Serenissimo ac Potentissimo Principi D. Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lituaniae, Russiae Prussiae, Pomeraniae, Samogitiae, ac Mazoviae etc., Fratri et Consanguineo nostro carissimo, salutem et prosperorum successuum incrementum. Serenissime Rex, Frater et consanguinee carissime. Petrus Volscius olim a Serenitate Vestra ad nos missus ad eandem (postquam diligenter et

debita cum fide apud nos per octo annos Serenitatis Vestrae negotia tractavit ^{a)}) nostra bona venia, revertitur. Cuius ^{b)}) modestia, virtus, fides, probitas et diligentia ^{c)}) plane ^{d)}) perspecta, facit ut credamus a Serenitate etiam Vestra eius operam in primis et posse et debere probari. Quo circa Serenitatem Vestram ^{e)}) maiorem in modum rogamus, ut eundem Volscium benigne excipiat, et fidei atque obsequis merito commendatum, nostraque insuper commendatione adiutum, dignum sua gratia ac beneficentia semper existimet. Idem ... ^{f)}) Volscius nostri in Serenitatem Vestram animi et propensionis testis esse poterit locupletissimus nos ^{g)}) enim ea ^{h)}) benevolentia erga ⁱ⁾) Serenitatem Vestram affecti sumus et ^{j)}) cupiamus nobis offerri occasionem ^{k)}) qua eam cognoscere posse ... ^{l)}) Serenitas Vestra. Deus Optimus Maximus diu servet incolumem. Madrito die — Mensis — ^{m)}) MDLXIX. E Serenitatis Vestrae bonus frater et consanguineus. El Rey ⁿ⁾).

In dorso, manu recentiori: Al Rey de Polonia en recomendacion de Pedro Roscio ^{o)}).

- | | |
|---|--|
| a) <i>Hoc verbum superscriptum; verbum habita expunctum.</i> | i) <i>hoc verbum superscriptum; verbum qua expunctum.</i> |
| b) <i>hoc verbum superscriptum; verba eius vero expuncta.</i> | j) <i>verba: affecti sumus et superscripta; verba profe (non legitur) expuncta.</i> |
| c) <i>sequuntur verba: omni tempore, expuncta.</i> | k) <i>verba: nobis offerri occasionem superscripta; sequuntur aliqua verba expuncta quae viz leguntur.</i> |
| d) <i>verbum plane in margine scriptum; verbum abunde expunctum.</i> | l) <i>hic sequuntur verba expuncta: ac fortunat...</i> |
| e) <i>sequuntur duo verba expuncta petimus et</i> | m) <i>numeri diei et mensis omisi.</i> |
| f) <i>verbum expunctum, non legitur.</i> | n) <i>manu propria Philippi.</i> |
| g) <i>haec duo verba superscripta; verba cumulatissimus. Ille expuncta.</i> | o) <i>sic in ms.</i> |
| h) <i>verbum ea superscriptum; verba: confecto nostro studio ac summa expuncta.</i> | |

N. 108.

El Escorial. s.d. XI.1569.

*Philippus II, rex Hispaniae
ad Sigismundum Augustum, regem Poloniae
de morte oratoris Petri Boschi *).*

(Lat., minuta)

A.G.S. Estado Leg. 660 f. 55.

Regi Poloniae.

Etsi pro nostra in Serenitatem Vestram singulari benevolentia, nollemus quicquam sibi a nobis triste nuntiari, tamen cum humanae conditionis casus nullus vitare possit, Serenitatem Vestram certiore facere volumus nobilem et egregium Petrum Boschi Serenitatis Vestrae apud nos oratorem (quemadmodum divinae placuit voluntati) ex hac vita decessisse. Cuius sane mortem moleste tulimus: tum Serenitatis Vestrae causa, qui eius fidem, prudentiam et dexteritatem merito desiderare pote-

rit, tum etiam quod nos eum, propter eius virtutes et singulares animi dotes non mediocriter diligebamus. Sperandum est ^{a)} Dei Omnipotentis benignitate talem virum, pro misera hac et calamitosa vita, supernae beatitudinis gloriam adeptum esse. Nos etsi eo amisso, gravi teste nostrae in Serenitatem Vestram benevolentiae privati sumus: tamen quibuscunque rebus eam significare possimus, talem ^{b)} nos Serenitas Vestra cognoscet qualem ^{c)} pro nostra veteri necessitudine et fraterna coniunctione esse debemus. Deus Optimus Maximus Serenitatem Vestram ad multos annos conservet, ^{d)} Ex coenobio beati Laurentii ad oppidum del Escorial mensis Novembris 1569. Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus frater et consanguineus.

In dorso: Para secret. Çayas.

Alia manu: Al Rey de Polonia.

a) Non legitur, foramen.

b) verbum superscriptum; verbum: tales expunctum.

c) verbum superscriptum; verbum: quales expunctum.

d) sequitur verbum expunctum, quod non legitur.

*) Petrus Boschi (etiam Borzius v N. 109) est omnino ignotus. Notum est aliunde Petrum Wolski, episcopum Premislensem, denique Plocensem, regni Poloniae cancellarium, olim in Hispania oratorem, usque ad a. 1590 vixisse

N. 109.

El Escorial, 9.XI.1569.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
de morte oratoris Petri Borzii. *)*

(Lat., minuta)

A.G.S. Estado Leg. 660 f. 56.

Regi Poloniae

Serenissimo ac Potentissimo Principi Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc., fratri et consanguineo nostro carissimo ^{a)}.

Philippus Rex

Etsi pro nostra in Serenitatem Vestram singulari benevolentia, nolle-
mus quicquam sibi a nobis triste nuntiari, tamen cum humanae condi-
tionis casus nullus vitare possit, Serenitatem Vestram certiore facere
voluimus nobilem et egregium Petrum Barzii, Serenitatis Vestrae apud
nos oratorem (quemadmodum divinae placuit voluntati) ex hac vita de-
cessisse. Cuius sane mortem moleste tulimus: tum Serenitatis Vestrae
causa, qui eius fidem, prudentiam et dexteritatem merito desiderare po-
terit, tum etiam, quod nos eum, propter eius virtutes et singulares animi
dotes non mediocriter diligebamus. Sperandum est tamen in Dei Omni-
potentis benignitate, talem virum, pro misera hac et calamitosa vita,

supernae beatitudinis gloriam adeptum esse. Nos etsi eo amisso, gravi teste nostrae in Serenitatem Vestram benevolentiae privati sumus; tamen quibuscumque rebus eam significare possimus, talem nos Serenitas Vestra cognoscet, qualem, pro nostra veteri necessitudine, et fraterna coniunctione esse debemus. Deus Optimus Maximus Serenitatem Vestram ad multos annos conservet, Ex cenobio Beati Laurentii, ad oppidum del Escurial Nona ^{b)} mensis Novembris 1569. Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus frater et consanguineus.

In dorso: Al Rey de Polonia del Escurial a 9 de noviembre 1569.

a) *Inscriptio in margine.*

*) *Vide supra ut in N. 108 nota *)*

b) *verbum superscriptum; verbum: decima expunctum.*

N. 110.

Moscoviae, mense Ianuarii 1575.

*Ioannes Basilides czar
ad Maximilianum II imperatorem
Zachariam Iwanowicz Bieloserski et Andream Archibaschoff, nuntios suos,
accreditat.*

(Versio lat., exemplar)

A.G.S. Estado Leg. 660 f. 89.

Litterae Credentiales Principis Moschorum.

Vera, sancta et benedicta Trinitas, dignetur tribuere omnibus veris christianis, qui eam credunt, sapientiam, veniat ad nos ex locis altioribus, et ducat nos in rectam viam salutis. Tunc loquemur in populo tuo, de voluntate tua. Quapropter honoramus et laudamus Deum in sancta Trinitate, et oramus illam pro sua gratia, ut sceptrum Domini nostri Russici tenere et gubernare possimus.

Nos Magnus Dominus Czar, et Magnus Dux Joannes Basilides, Dominator totius Russiae, Wlodimiriae, Moscoviae, Novigardiae, Dominus Casaniae et Astarkaniae, Plescoviae, Magnus Dux in Schmolenczkow, Twer-sky, Sohorowski, Pernski, Wiazki, Wulgarski et aliorum Dominiorum haeres totius Livoniae et Dominus multarum aliarum Terrarum etc. Scribimus ad observandissimum et omnium charissimum fratrem nostrum Maximilianum Secundum Dei Gratia Romanorum Imperatorem semper Augustum ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae et multarum aliarum Regionum Regem, Archiducem Austriae, Ducem Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae et multarum aliarum terrarum, Marchionem Moraviae, Ducem Lucemburgiae, superioris et inferioris Silesiae, Wittembergae, Sueviae, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi et Goritiae, Landtgravium Alsatie, Monarcham Romani Imperii. Mittimus ad fratrem nostrum Nuncios nostros Zachariam Iwanowicz Bieloserski, nostrum Aulicum et Vicegerentem in Albo Stagno ^{b)}, et Secretarium nostrum Andream Archibaschoff. Quod igitur iam dicti Nuntii nostri verbis nostris proferent, eidem Serenitas Vestra fidem dare digne-

tur. Datum in Aula nostra Civitatis Moscoviae, Anno a creatione mundi 7084, mense Januario ^{c)}, indictione undecima ^{d)}, Regni nostri quadregesimo quarto ^{e)}, Dominii Russici trigesimo ^{f)}, Casanici vigesimotertio ^{g)}, Astercanici vero vigesimo primo ^{h)}.

In dorso: Literae Credentiales Principis Moschorum ad Sacram Caesarem Maiestatem.

Manu rec.: Copias para embiar a Su Magestad sobre lo de Moscovia.

Alia manu: Juan Basilides. Enero dela Creacion del mundo 7084, indicion X ⁱ⁾, año 44 de su reinado.

- | | |
|---|---------------|
| a) Obiit 12.X.1576 | e) 1576-7 |
| b) in ms. minusculis. Album Stagnum = Bie-
loozero | f) 1576-7 |
| c) Januarius 1576. | g) 1575-6 |
| d) sic in ms; error; 1576 erat Indictio IV | h) 1576-7 |
| | i) sic in ms. |

N. 111.

E diversis locis Germaniae, ...V.VI, 1569.

Ignotus

ad destinatarios non nominatos (« aviso »)
de d.r., i.a. de fama [falsa] secundum quam rex Poloniae mortuus esset
et de futura regis electione

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 660 f. 107.

Avisos particulares de Alemaña. De Ermestain, que es la residencia del Elector de Treveres, de 24 de mayo 1569.

.
Dizese que el Duque de Cleves ha embiado el Conde Juan de Nassau al Rey de Danemarca, y que los Reyes de Polonia y de Sueçia y los Duques de Pomerania se ayan confederados contra el de Danemarca. Si es verdad, presto le acabaran del todo.

De Spira, de 29 de Mayo.

Dizese que en 6, ó 8 dias se acabaran todos los negocios de la dieta de Francfort, y que el Emperador manda levantar 3 V ^{a)} caballos para Ungria contra sus rebeldes y el Vayvoda.

.
De Francfort en 2 de Junio, por Naves.

Las nuevas continuan todavia que el Vayvoda ha rompido contra Su Magestad Cesarea. Parte de los deputados de aqui holgarian que Su Magestad hiziesse general dela gente de guerra de a pie y de a caballo,

que al presente se levanta por parte del Imperio, a Lazaro de Suendy; pero creese que Su Magestad le querra emplear en Ungria.

De Branzuique, de 14 de Junio.

Algunas personas muy principales, y otros, publican que el Rey de Polonia esta muerto, y que el Emperador pretende de ser Rey, y assi mismo el Wayvoda, el qual ya esta en campaña con 6 V ^{b)} hombres. Y que el dicho Wayvoda tuvo en la election los mas votos, y despues del, el Emperador; y el Duque moço de Prussia, los menos.

In dorso: Avisos de Alemania. Traduzidos de tudesco. 1569.

a) *Sic in ms.* (3.000)

b) *sic in ms.* (6.000)

N. 112.

Presburg, 23, 30.VII
6, 13, 20, 27, VIII, 3.IX.1569.

Perrenot de Chantone
ad duces Albæ

de d.r., i.a. de imperatoris intentione regem Poloniae videre, deque prospectato regis Poloniae divortio et eiusdem regis cum filia imperatoris matrimonio.

(Hisp., exemplar « descifrada »)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 2.

Descifradas, del Embaxador Chantone al Duque de Alva, de diversas datas.

De XXX del dicho (Julio).

Peroscosqui no ha buuelto aun de Polonia.

De XXVII del mismo (Agosto), de Prespurg.

Hablase aun de las vistas de Polonia, para las quales veo poca comodidad y tiempo, si los negoçios de los casamientos han de yr con la breve-

dad y manera que el Rey lo dessea. Pero algunos del consejo me han tratado de las dichas vistas como de cosa muy cierta, aun despues de haver hablado con ellos en lo de la yda de la Emperatriz. Y no ay quien me hable tan friamente en las vistas como el Embaxador de Polonia, que se remite siempre al primer aviso que le ha de venir. El Emperador ha dicho a cierta persona algunas cosas muy dañosas que le pide el Rey de Polonia. Y son, que Su Magestad tenga por bien el divorcio que el dicho Rey querria hazer con la Reyna su muger, y que el Emperador le de una de sus hijas. Y por recompensa desto promete que, si tres años estuviere sin haver hijos, a cabo de los dichos tres años cederá y dexará entera y libremente al Emperador la possession y administracion de Polonia, Lituania y todos los otros estados de aquella corona, mediante cierto entretenimiento que quedaria para el dicho Rey.

.

En III de Septiembre.

Las vistas del Emperador y del Rey de Polonia estan todavia assi, sin conclusion cierta.

.

N. 113.

Viennae, 16.VII.1569.

Perrenot de Chantone

ad duces Albæ

de d.r., i.a. de prospectato conventu imperatoris cum rege Poloniae.

(Hisp., exemplar, « descifrada » Idem textus invenitur sub N. 120.)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 3.

N. 114.

Viennae, 18.VII.1569.

Perrenot de Chantone

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de prospectato imperatoris in Wratislavia cum rege Poloniae conventu; de regina Catharina.

(Hisp., orig., sig., ex parte cryptogr.)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 4.

Sacra Catolica Real Magestad.

.

Con la prissa que se da en el despacho deste correo no puedo escribir

mas de remitirme a los sacados que con esta van de las cartas escriptas al Duque de Alva, despues de mis postreras a Vuestra Magestad, que fueron de 22 de Junio. Por las quales y por los dichos sacados vera Vuestra Magestad que es cierta la dieta de Ungria para principio del que viene. Tiene el Emperador que durara dos meses. La Emperatriz yra tambien; mas, saliendo de ally el Emperador por yr a Ratislabia, donde han de ser las vistas de Su Magestad y del Rey de Polonia, la dicha Emperatriz yra derecho a Praga, porque la quedada en Vratislavia sera muy poco, y me dize el Emperador que todo quanto el piensa que hay que hablar y comunicar entre el y el Rey de Polonia no es cosa que no se pudiesse acabar en un dia; todavia los polacos en sus tratos estan algo mas prolixos, y Su Magestad lo vera.

A la qual el Embaxador de Polonia pregunto el otro dia, como cosa de que su Rey deve temer, si la Reyna de Polonia yria tambien alla. Respondiole el Emperador que su hermana no le havia hecho algun semblante dello, antes determinava partirse de aqui a los XX para bolver a Lintz. Yo creo que si ella nunca se moviera de Polonia hiziera gran beneficio a esta Casa de Austria, segun la parte tenia con la nobleza de aquel Reyno. Y temer el Rey la buelta della me haze sospechar que no tenga tanta voluntad a esta cosa, y aun me lo confirma que muestra temer que esta Casa gane mas votos en Polonia, porque expressamente ha hecho rogar al Emperador que se quisiessse escusar con todos los polacos que le podrian rogar de alguna intercession con su Rey, y que el haria lo mismo con los vassallos del Emperador. Y yo he dicho esto a Su Magestad; la qual, segun me dize, respondio muy francamente al Embaxador que no havia para que Su Magestad se interposiessse en estas cosas, porque, pidiendo los polacos cosas justas, su Rey las haria sin otra intervencion; y quando pidiessen cosas fuera de razon, Su Magestad no se queria embaraçar en ellas.

Seys o ocho dias despues de haver pedido el dicho Embaxador la prolongacion del termino de las vistas, vino con otra demanda que se hizinessen en el dia nombrado. A lo qual el Emperador respondio que le era imposible, y que el Rey havia ya entendido de Peroscosqui las causas por que.

.

El Emperador y la Emperatriz y sus Altezas tienen salud: Bendito sea Nuestro Senor. El qual guarde y prospere la real persona de Vuestra Magestad como sus muy humildes vassallos y criados desseamos. De Viena a 18 de Julio 69.

.

a) De Vuestra Magestad muy humilde vassallo y cryado que sus reales manos beso.

Perrenot ^{b)}

In dorso, manu recentiori: De Viena. A Su Magestad. 1569. De Chantone, a XVIII de Julio, 1569. Recivida en VII de Agosto, con Giles.

a) *Abhinc manu propria Perrenot*

b) *hucusque manu propria*

Presburgi, 12-13.IX.1569.

Perrenot de Chantone
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de remisso ad posteriora tempora conventu imperatoris cum
rege Poloniae.
(Hisp., orig., sigil., ex parte cryptogr.)
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 15.

Sacra Catolica Real Magestad.

.

Lo de las vistas de Polonia anda tan frio y inçierto en ello que ay gran dubda si las vistas se haran o no. Con las quales el Rey de Polonia pensava en primer lugar obtener el consentimiento del Emperador para el divorçio; a que Su Magestad hasta agora no ha respondido como el dicho Rey quisiera, ni creo que lo hara. Y se piensa que, cessando esta esperança, cessara tolo lo demas, quanto mas que se entiende que el dicho Rey havia escogido para su acompañamiento todos los que le complazen y se acomodan a su voluntad quanto a dicho divorçio.

Con esta yra un sumario de la manera como los de Austria pretendian instituir su religion. Hase sacado, que fuera impossible poder transcrivir; y no ha sido poco haver con buena maña alcançado la comunion del. En lo demas me remito a las copias que con esta van de cartas mias al Duque de Alva, de XXIII y XXX de Julio; de VI, XIII, XX y XXVII de Agosto, y tres del presente.

.

De Prespurg a XII de setiembre, 1569.

.

a) De Vuestra Magestad muy humilde vassallo y cryado, que sus reales manos beso.

Perrenot b)

In dorso, manu recentiori: De Prespurg. A Su Magestad, 1569. De Chantone, a XIII de Septiembre. Reçivida en 4 de Octubre. Sacada en relacion.

a) *Abhinc manu propria Perrenot.*

b) *hucusque manu propria.*

s.l., 17.IX.1569.

Perrenot de Chantone

ad ducem Albae

*de d.r., i.a. de prospectato conventu imperatoris cum rege Poloniae, deque
vocibus de regis divortio prospectato [a Catharina Austriaca].*

(Hisp., exemplar)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 21.

Sacado de carta de Mos de Chantonay al Duque de Alva, de XVII de Setiembre, 69.

.
Las vistas de Polonia, que havian de ser a XV del mes que viene, ya no se hazen por aora, a causa de ciertos negocios sobrevenidos al dicho Rey de Polonia. Mas, en fin, tienese que la verdadera causa sea no mostrar el Emperador acudir al divorcio.

.
In dorso: Del Embaxador Chantone al Duque Dalva, de XVII, XXIII, XXIIII de Septiembre, y primero de Octubre, 1569.

Regiomonti, 30.IX.1569.

Albertus Fridericus, dux in Prussia

ad Philippum II regem Hispaniae

falcones mittit.

(Lat., orig.)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 22.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps, post obsequiorum nostrorum paratissimorum diligentem oblationem, Regiae Vestrae Dignitati prosperam valetudinem, stabile regnum ac optima quaeque precamur. Serenissime Rex, Domine Consanguinee noster colendissime. Pro consuetudine nostra a desideratissimo Domino parente nostro pia ac felicissimae memoriae accepta, vestigiis Illustritatis ^{a)} suae in colenda Regiae Vestrae Dignitatis amicitia insistentes, mittimus Regiae Vestrae Dignitati iterum falcones decem, quibus ut salvis acceptis Regia Vestra Dignitas maxima cum voluptate et recreatione utatur, etiam atque etiam optamus. Nostram autem propensissimam voluntatem, ut Regia Vestra Dignitas non ex muneris dignitate, sed ex animo, unde illud profectum est benevolentissimo et Regiae Vestrae Dignitati studiosissimo, aestimet, vehementer

ac perquam officiose rogamus. Regia Vestra Dignitas longis temporibus optime valeat, ac nos amore regio prosequi benigne pergat. Quam Deo Optimo Maximo commendamus. Datis Regiomonti die mensis septembris XXX^a, Anno Domini MDLXIX.

Albertus Fridericus Dei gratia Marchio Brandenburgensis ac in Prussia, Stetinae, Pomeraniae, Cassubarum ac Vandalorum Dux, Burggravius Norimbergensis, Rugiaeque princeps etc. ^{b)}

Albertus Fridericus subscripsit ^{c)}.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino Domino Philippo, Dei gratia Neapolis, Hyerusalem et Hispaniarum Regi, fidei defensori, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Mediolani, Brabantiae etc. Comiti Habsburgj; Flandriae, Tirolis etc. Domino Consanguineo nostro Colendissimo etc.

Manu rec.: Del Marques de Brandemburg a Su Magestad de XXX septiembre 1569.

a) Sic in ms.

b) abhinc manu propria Alberti

c) hucusque manu propria

N. 118.

Viennae, 10.XII.1569.

Perrenot de Chantone

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de accepto nuntio secretarii defuncti oratoris Poloniae.

(Hisp., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 64.

Sacra Catolica Real Magestad

No replicare en esta lo contenido en las cartas que he escripto a Vuestra Magestad por via de Genova, y con el Conde Claudio Trivulcio, y otras que un correo llevo a Milan con la respuesta que Vuestra Magestad mando que se embiasse de aqui al Governador de Milan, porque anduvieron duplicadas, y fueron de V de Octubre, II, VIII y XXI de Noviembre y espero que havran llegado a manos de Vuestra Magestad. Despues ha venido el correo Amadeo, despachado por el secretario del defuncto Embaxador de Polonia, que truxo las cartas que Vuestra Magestad ha sido servido mandarme escribir en VIII del passado. Sy llegaran tres o quatro dias mas temprano, pudierase negociar mas particularmente con el Emperador y entender algo de su intencion para satisfazer a las dichas cartas de Vuestra Magestad.

.

De Viena, a X de Deziembre, 1569.

.
a) De Vuestra Magestad muy humilde vassallo y cryado que sus reales
manos beso.

Perrenot b)

In dorso: Vienna. A Su Magestad. Del Embaxador Chantone, de X de
Deziembre, 1569. Reçivida a VI de Enero, 1570.

a) *Abhinc manu propria Perrenot*

b) *hucusque manu propria*

N. 119.

S. l., 4.VI.1569.

Perrenot de Chantone

ad ducem Albae

de d.r., i.a. de oratore misso a Turcis ad regem Poloniae.

(Hisp., exemplar ex parte cryptogr.)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 78.

Sacado de carta de Mos de Chantonay al Duque de Alva, de 4 de
Junio 69.

.
De aca no hay que escrivir mas de que la mala voluntad del
Trasilvano passa adelante. Pero los Embaxadores que el Emperador
havia embiado a Constantinopla para llevar el presente han venido
aca en harto breve tiempo y han sido bien despachados y acari-
ciados alla, y dizen que en Constantinopla no havia memoria del
Trasilvano. De aca todavia se encamina gente de a pie y de cavallo
a la desfilada por no hazer ruido. De la parte de Polonia se entiende
que un Embaxador que el Turco ha embiado ally dize claramente
que el Turco avisa al Rey de Polonia que exhorte al Trasilvano que
este quedo, porque de otra manera le castigara; y ya lo hiziera si no
fuera por respecto del dicho de Polonia, que es su tio; este alago le ha
querido vender. El Embaxador sobre dicho es el mesmo que el año pas-
sado vino aca. Es un renegado polaco noble y bien aparentado, y fue
page de un Don Pedro de Guzman que murio en la rota de Casiander, y
este quedo preso y fue llevado a Turquía. Es como truxeman mayor,
porque sabe polaco, latin, tudesco, español y un poco de italiano; y tras
todo esto, grandissimo tacaño. El Turco le ha embiado a Polonia so color
de pedir el passo para cierta gente que ha de passar por Valaquia, Mol-
davia y las campañas desiertas de Lituania por yr azia Moscovia. Y pro-
mete el dicho Turco de passar sin daño alguno, assegurando con muchos
juramentos que qualquier cosa que se hiziere recompensara diez vezes
tanto; mas la gente camina todavia. Piensase que esta manera de pedir

licencia, y la venida del Embaxador sea con mas agudeza dela que se juzgaria de aquellos barbaros; pero todo el mundo oy en dia despierta, veese en los alemanes quien quiere considerar solamente de XXX o XXXX años atras. El Turco esta avisado que hay negociacion de paz entre el Rey de Polonia y el Moscovita, aunque no esta encaminada la embaxada grande, pero sabese que esta en camino el precursor, que es un embaxador de poco fuerte, que al uso de aquella nacion se suele embiar para abrir camino a la embaxada solemne. Tambien sabe el Turco que en esta dieta de Polonia, demas de tratarse de la union y incorporacion de la Lituania en una mesma massa con Polonia, se trata de elegir successor en aquel Reyno. Con pedir este passo, el qual cierto es que el Rey de Polonia no puede negar, aunque su concession llegara tarde sy los turcos quieren passar a Moscovia, pone sombra y mayor enemistad entre los polacos y moscovitas, y piensan por ay estorvar que no vaya adelante esta embaxada y negociacion de concierto con el Moscovita. Y sy el Turco no passa la gente hasta Moscovia ny se sirve del passo, todavia constara dela concession del dicho Rey de Polonia, y consigue el mismo effecto. Y digo si no passa, porque tambien se sospecha que el designo del Turco sea no yr tan adelante por aquella parte, sino con esta dissimulacion apoderarse dela Moldavia y Valaquia y echar los Duques que por el mismo Turco han sido ally establecidos, y assy, demas de hazer tiro en lo de Polonia y Moscovia, por aqui podria enganar a los moldavos y valacos, y aun al mismo Rey de Polonia que esta confederado con ellos, y le viene mucho mejor tener aquellos por vezinos que haver al Turco apegado a la Polonia. Y sy esto se haze mire el Trasilvano por sy, por el qual, para romper los designos de aca, este embaxador procura quanto puede que sea elegido por successor en el Reyno de Polonia, por ser sobrino de aquel Rey. Y a este effecto han embiado este polaco como persona plastica de la lengua y del pays, para mejor tratar este negocio. Y, a lo que yo entiendo, por todos respectos los polacos se hallan muy embaraçados con esta embaxada, y en verdad es una mala petrera. De lo qual, assy incidentemente, he querido dar parte a Vuestra Excelencia. La partida de aqui paresce alargada por un par de meses, y aun se espera que saliendo se yra derecho a Praga.

N. 120.

[Viennae] 2, 9, 16.VII.1569.

Perrenot de Chantone

ad ducem Albae

de d.r., i.a. de regina Poloniae; de remisso conventu imperatoris cum rege Poloniae.

(Hisp., exemplar)

A.G.S. Estado Leg. 661 f. 91.

Mos de Chantonay al Duque de Alva, en II de Julio 69.

.

La Reyna de Polonia ha venido de Lintz a Viena para tratar con el Emperador sobre la relacion de lo que los embaxadores de Su Magestad han negociado en la dieta de Polonia. Yo creo que por todos respectos seria mejor que la dicha Reyna se bolviesse a los Estados de su marido, donde podria servir a muchas cosas en beneficio de la Casa de Austria. Y en las cosas de la religion no se si aprovecha mucho aca, segun esta, en opinion de muchos, de no estar muy firme en todos los puntos dela catholica. Un chauz ha venido del Baxa de Buda con ciertos presentes para alcançar diez vezes tanto en valor para el Baxa, y un presente para el mismo chauz, y en effecto sera de ninguna importancia como lo de los otros: mucho ruydo y pocas nuezes. El achaque havra sido querer saber que quiere dezir la gente que el Emperador embia a la desfilada en Ungria, y vender muy caro a Su Magestad los officios que el Baxa dira que haze, assy con el Turco como con otros, contra el Trasilvano, porque no passe con sus novedades adelante, y que no hay por que Su Magestad tenga tanta gente en aquella frontera, de la qual siendo avisados los baxas que residen cerca la persona del Turco podrian tener alguna sombra y sospecha.

.
Mos de Chantonay al Duque de Alva en IX de Julio 69.

.
Lo dela dieta de Ungria va todavia adelante y esta convocada para principio de Agosto. No se sabe quanto durara; suele durar ordinariamente seys semanas poco mas o menos. Con esta ocasion el Emperador ha embiado al Rey de Polonia para prolongar un poco las vistas que ha de haver entre Sus Magestades, y rogarle que venga con la menos compaña que pudiere para evitar embaraço y confusion, y que lo mesmo hara el Emperador de su parte. Plegue Dios salga dellas mas bien de lo que suele ordinariamente succeder del abocamiento de principes grandes.

.
Mos de Chantonay al Duque de Alva, en XVI de Julio 69 a).

